UVA BHSC IyR 055

5-4
475
2350

UVA. BHSC. IyR_055

UVA. BHSC. IyR_055

UVA. BHSC. IyR_055

UVA. BHSC. IyR_055

M. Annei Lucani Vita ex Commentario Antiquiſſ.

M. Anneus Lucanuſ patrem habuit. M. Anneum Melam ex p uincia Bætica hiſpaniæ interioris cordubenſem Equitem. R. il luſtrem inter ſuos notum Romæ. & propter Senecam fratrem clarum per omnes uirtutes. Virum: & propter ſtudiu3 uitæ qe tioris: quod ſequens magis a turba recedebat: minus latebat. matrem habuit & religionis eiuſdem & urbis Aciliam nomine Acilii Lucani filiam Oratoris operæ apud preconſules frequẽ tis: & apud clariſſimos uiros nõ nullius ingenii: adeo nõ ipro bandus: ut in ſcriptis aliquibus hodieque duret eius memoria cũius cognomen huic inditum apparet: natus eſt. iii. nonas no uembris. C. Cæſare Auguſto Germanico. II. L. primo Cæſiano Conſſ. ſed in patria ſua non ualuit educari: fatorum credo de cretis: ut id ingenium: quod orbem fama ſui impleturum cre ſceret: in domina mundi aleretur urbe: octauum enim menſe3 agens Roma3 traſlatus eſt: ac ne diſpar euentus in eo narrare tur eius: qui in Heſiodo refertur. cum opinio tunc non diſſimi lis maneret: cunas infantis quibus ferebatur apes circumuola runt: oſque inſidere complures: aut dulcem iam tum ſpiritum eius inhaurientes: aut fœcundum & quale3 nunc exiſtimam? futurum ſignificantes: præceptoribuſ tunc eminentiſſimus eſt eruditus eoſque intra breue temporis ſpatiu3 ingenio adæqua uit. una uero ſtudẽtes ſuperauit profectib3 declamauit & græ ce & latine: cum magna admiratione audientium: ob quod pũ erili mutato in ſenatorium cultum & in notitiam Cæſaris Ne ronis facile peruenit: & honore uix du3 ætati debito: dignus iu dicatus eſt. geſſit autem quæſturam in qua cu3 collegis more tunc uſitato munus gladiatoriu3 edidit: ſecundo populo fauoꝝ ſacerdotium etia3 accepit auguratus. Equidẽ hactenus tẽpora habuit ſecũda. Quæ aũt ſecunt mutata inuidia & odio Neroniſ ipſi exitium: domeſticis luctum miſerabilem attulerunt. Inter amicos enim Cæſaris tam conſpicuus fieret: profectus in poe tica frequenter oſtendebatur. Quippe & certamine pẽtaterico

UVA. BHSC. IyR_055

acto in pompei theatro laudibus recitante Nerone fuerat coro
natus:& ex tempore orphea ſcriptum in experimentum ac ue
rum:complures ediderat poetas.& tres libros quales uidemuſ
Quare inimicum ſibi fecit imperatorem:quo ambitioſa imitan
te non hominum tantum:ſed & artium ſibi principatum uen
dicante:interdictum eſt ei poetica:interdictū eſt etiã cauſarum
actionibus.Hoc fatu3 Cæſariſ iuuenili æſtimãſ ãi calore:ſperãſ
que ultionem a coniuratis ĩ cædem Neronis ſocius aſſumptus
eſt:ſed parum fauſte.deceptuſ eſt enim a Piſone & conſularib3
aliiſque prætura perfunctus illuſtribus uiris dum uindictam
expetit in mortem irruit: Nam ſuo ſponte coactus uita exce-
dere:uenas ſibi præcidit: periitque pridie Kl. maias Atico Ve-
ſtino:& Nerua Syllano:conſulibus.xxvii.ætatis annum agens
non ſine iactura utilitatis cum patriæ:quæ tantam immature
ãmiſit indolem tum ſtudiorū quoque.Reliqui enī ſeptem belli
ciuilis libri locum calūniantibus:tanquã mendoſi non darent:
qui tam & ſi ſub uero crimine nō egent patrocinio:in eiſde3 di
ci quod in Ouidii libris præſcribitur:poteſt emẽdaturus ſi licu
iſſet erat.extant eius complures & alii:ut illa conſaturnalia Ka
taſcomon ſyluarū.x.Tragœdia medea imperfecta.ſalticæ fabu
læ.xiiii.& hippamata proſa oratione in octauu3 ſagittam:& p
eo de incendio urbis.epiſtolarum ex campania:non faſtidiẽdi
quidem oms:tales tam:ut belli ciuilis uideatur acceſſio.

Ex dimidiato codice particula ad poetæ
huius uitam pertinens ſumpta.

Prima ingenii experimenta in Neronis laudibus dedit in quin
quenali certamine:deinde ciuile bellum:quod cū3 Pompeio &
Cæſare geſtum eſt:recitauit:ut præfatione quadam ætatem &
initia ſua cum Virgilio comparans auſus ſit dicere:& quantu3
mihi reſtat ad Culicem.Hic initio adoleſcentiæ cum ob infeſtū
matrimonium patre3 ſuu3 agere longiſſime cognouiſſet:reuo
catus Athenis a Nerone cohortiq3 amicorum additus:atq3 &
quæſtura honoratus:non tamen permanſit in gratia:ſiquidem
ægre ferens recitantes:ſubito ac nulla niſi refrigerandi ſui cau

UVA. BHSC. IyR_055

ſa indicta:ſenatū cum receſſiſſet:neq3 uerbis aduerſus princi-
pem:neq3 factis extātibus poſt hæc tēperauit:adeo ut quon
da3 ī latrinis publicis clamore cū ſtrepitu uentris emiſſo hemi
ſtichium Neronis magna cōſeſſorū facta ꝓnuntiarit.Sub ter-
ris tonuiſſe,puteſ.ſed & famoſo carmine cum ipſum:tum potē
tiſſimus amicoꝝ:grauiſſime proſcidit: ad extremū pene ſigni-
fer Piſonianæ coniurarionis extitit:multus ī gloria tyrānicida-
rū palā prædicanda:ac plenus minaꝝ.uſq3 eo ītemperans:ut
Cæſaris caput ꝓximo cuiq3 iactaret.veꝝ detecta coniuratione
nequaquā animi cōſtantiā præſtitit:facile enim cōfeſſus:& ad
humilimas deuolutus preces:matrē quoq3 innoxiā inter ſoci-
os nominauit:ſperāſ ipietatē ſibi apud prīcipē ꝓfuturā.ipetra
to autē mortis arbitrio libero:codicillos ad patrē corrigēdos q̄
buſdā uerſibus exarauit:epulatuſq3 largiter brachia ad ſecan-
das uenas præbuit medico.

Apud Cornelium Tacitum legitur.

Conſulibus Syluio Nerūa:& Attico Veſtino: coniūratōē3 ī Ne-
ronem ceptam & in primis Lucanum Anneum coniuraſſe qđ
famam carminum eiuſ premebat Nero:ꝓhibueratque oſtenta
re uanus aſſimilatione:tu3 detecta coniuratione Lucanus Aci-
liam Matrē ſuam inter conſcios nominauit: promiſſa impuni-
tate.Sed Nero poſt mortē multoꝝ:Lucani cædem imperauit.
Is ꝓfluente ſanguine ubi frigeſcere pedes manuſq3 & paulati
ab extremis diſcedere ſpiritum feruidus adhuc & compos mē
tis intelligit:recordatus a ſe carmen compoſitum quo uulne-
ratum militem per eiuſmodi mortis imagine3 obiiſſe tradide
rat:uerſus ipſos rettulit:atq3 illi ſuprema uox fuit.

UVA. BHSC. LyR_055

Omnibonus Vincentinus in Lucannum.

Bella per æmathios pluſquaꝫ ciuilia cam pos ꝛc. In exponendis auctoribus hæc omnia libanda ſunt: Libri titulus: Poetæ uita: Intentio ſcribentis: Caracter ſiue figura carminis: cui parti philoſophiæ ſubiiciatur. Poſtremo quare: quæ naꝫ inſania impulerit populū romanum: ut in ſe arma conuerterit: cuius belli cauſa explicabitur: ubi dicit. Fert animus cauſas tātarum gloria rerum: ꝛc. Verumtamen generaliter quædam dicit: quæ principes excitauerint ad arma. Titulus eſt Lucani Annei Cordubenſis Pharſaliæ Liber Primus Incipit. Lucani proprium nomen. Annei: cognomen familiæ. Cordubenſis: patrium eſt. Nam Corduba ciuitas hiſpaniæ: ubi natꝰ ē. Pharſalia denominatio eſt operis a loco: ubi ciuile bellum de quo tractat geſtum eſt: quæ prouincia ſæpe nomen mutauit: ꝙ eam Duces uarii a ſuis nominibus appellauerunt. Nā ab Aemathio: æmathia dicta ē. Pharſalia: a pharſalo. Theſſalia a Theſſalo. Macedonia: a Macedone. poſtremo a Philippo rege campi philippici ſunt appellati. Liber primus incipit: quia ſequitur ſecundus & tertius & reliqui: nam numero decem ſunt. Poetæ uita talis eſt. Patre Mella uiro nō ignobili: Matre uero Acilia uiragine natus eſt. Pater fratres duos habuit: Iulium Glabeonem declamatorem egregium & Lucium Senecam Stoicum moralem: & hos proficiſcentes Romam ſecutus eſt Lucanus. Hi quidem uiri ob ingenium & doctrinam haud difficulter Ciuitate donati. Mox in equeſtrem ordinem: deinde in Senatoriū acciti ſunt. Nam Seneca morum magiſter eat. Glabeo uero trā quillitate animi & ocio delectabatur. Lucanus autem ut primū adoleuit: ætas animum ad poeticam inclinauit. Studuit Romæ & præceptorem habuit cum Perſeo Flacco. Vxoreꝫ duxit argētariam Pollam nomine: litteris ſupra ſexū etuditam. Hanc enī ingenii fuiſſe tanti peribent: ut in implendo uerſu maritum iu

UVA. BHSC. IyR_055

uerit. Sunt etiam metra utrinque iocoſe collata:& in exercendo ingenium ſtudioſe dicta. Itaque Lucanus geſta pompei & Cæſaris aggreſſus bellum ciuile quod geſtum eſt inter eos decem libris conſcripſit. Ipſum quidem Iſidorus poetam eſſe negat:q̄ hiſtoriam non poema feciſſe uideatur.nam poetarum ē non uerum dicere:ſed tranſfigurate in alias ſpecies conuertēr: Idē ſētit & Quintilian⁹ noſter.Lu. ardens & concitatus & ſententiis clariſſim⁹ :& ut dicam quæ ſētio:magis oratoribus q̄ poetis annumerandus eſt.Nero quidem ſcripta eius uituperauit & eum interfecit ob uerſum(ſi uulgo credimus) ſcriptum . uidelicet:unde tuam uideas obliquo ſidere Romam:quod ipſum Strabonem dixerit,nam ea cōtumelioſe dixiſſe uidetur.Aetheris immenſi partem ſi preſſeris imam:ſentiet axis onus ; quaſi obeſo corpore modum exceſſerit.At Cornelius Tacitus & Euſebius aliter ſentiunt qui memoriæ prodiderunt: Lucanum piſonianæ coniurationis conſcium fuiſſe:quem ſeruus prodidit, nam inuitari primum fecit Natalem:deinde Sedinum :Natalis Senecam:Sedinus Lucanus,deinde Lucanu3 cu3 diu tacuiſſet facta:ſpe ueniæ Aciliam Matrem nominauit:ipſa quidem nunquam cogi potuit:ut quemquam nominaret : Sed fortiſſima mulier a tormentis lacerata ſella ad ſupplicium uehebatur:& faſcia quam ad pectus habebat de ſella ſe ſuſpendit:quo facto ſatellites ſtatim mittunt ad Lucanum qui brachiorum uenas præcidit:& cum iam deficeret ſpiritum uerſus milites iaciendo expirauit.Glabeo uero ad Neronem accitus q̄ primum uenit:gladio ſe interfecit. Mella autem pater cum diu bona filii petiiſſet:fabro nouiano quodam accuſante:inciſis & ipſe uenis uitam cum bonis quæ petebat āmiſit.Intentio ſcribētis eſt prīcipes Ciuitatum a bellis ciuilibus & ſeditionibus deterrere exēplo Cæſariſ & pompei:qui diſcordia populum romanum eo furore compulere:ut rempublicam funditus perderent.parti autem philoſophiæ ſubiicitur quam ethicam uocant . ideſt moralem.nam ſub occaſione Neronis in dominandi libidine prorumpit:quæ mala annuit ciuibus,ſcilicet Seditiones:ſacrilegia

UVA. BHSC. IyR_055

Cædes:Rapinas:Incèndia ciuitatum:Caſus:ꝛc. Caracter carminis ſiue ſtilus eſt grandiloquus & heroicus.nam exametro ſcribitur.hic geſta uirorum fortium ſubtilius uerbis grauibus q̃ ſententiis deſcripta continet.Cauſæ belli traduntur ab aliis: alio modo.C.Iulius Cæſar Iulii Luci & Aureliæ filius a prima ætate:animo magna concipiens:pompeio magno filiam ſuam iuliam:Seruilio Cæpioni ante deſpõſata3 connubio iunxit hic pompeio Marcum craſſum cõciliauit.nam ab eo capitali odio diſſidebat.poſt conſulatũ & ſe ipſis ſocium terciu3 adiũxit:ne male reſpublica gereretur. Itaque cæſar haud multo poſt:fauente pompeio Gallias cum illyrico petiit:ſed cum Lucius domicius minaretur ſe:ſi conſul factus eſſet: exercitum adempturum cæſari:illum non modo a conſulatu deterruit:ſed fauẽte Pompeio effecit: Vt ſupplementum mitteteturꝫ:nec eo honore ſe dignum præbuit:& bello fœliciter geſto in Gallia : Britaniam ſubegit:cuius Victoria magnæ ſunt ortæ diſceptationes :& rempublicam geſſit:non ut antea ſtipendium militib3 duplicauit:& cætera fecit quæ ſine dubio Tyrannicam adminiſtrationem præſe ferre uidebantur:itaque diu latens tandem errupit inuidia. Bella per æmathios pluſquam ciuilia campos. Poeta ſicut mos eſt:primo quidem proponit: Deinde inuocat:Poſtremo narrat:Sed hoc amplus facit: quod per conqueſtionem a Lectoribus beniuolentiam comparat.nam deploratio eſt populi Romani magis q̃ inuectio. Proponit igit̃ Lucanus quod ſcripturus ſit cum dicit. Bella. Scilicet geſta. Aemathios campos. A loco ubi geſtum fuit bellum inter cæſarem &pompeium ab Aemathio : ſicut pharſalia a Pharſalo:Theſſalia a Theſſalo:philippia a Philippo. ergo æmathios per pharſalos.ideſt Theſſalos: per Macedonicos philippicos a philippo.Na3 principes prouincias ab eorum nomine ĩ quibus imperabant denominare conſueuerũt. Pluſquam ciuilia. Ideo quia bellum ciuile dicitur quod inter ciues geritur. Hoc autem non modo inter ciues:ſed inter cognatos parentes &

UVA. BHSC. IyR_055

filios fratreſque geſtum fuit. Ergo pluſquam ciuilia. Iuſque datum ſceleri. Nã ius quod adminiſtrari deberet a Viris integris & puris quodam modo datum eſt Tyrannis: Sceleri. Hoc eſt ſceleſtis. Canimus: Vbique intelligitur. Victrici dextra. Scilicet Externorum populorum. nam qui externas gentes ſubegerant. nunc ipſi inter ſe conuertũt. Cognataſque Acies. Dixit de ciuili bello: nunc declarat quod dixit pluſquã ciuilia. Videlicet cum filius aduerſus patrem: Frater aduerſus fratre3: Cognatus cõtra cognatũ arma ſumpſerit. Rupto fœdere. Concordia ſoluta. ſcilicet Craſſi Pompei & Cæſaris. Regni. Autem in diuiſione dixit. nam principum factiones regnum appellauit. nam quoad ipſi concordes fuere bellum ciuile quieuit. cum uero mortuo craſſo & Iulia quæ alterum uinculum erat inter cæſarem & pompeium: tum demum bellum erupit ideo. Regni. Inuidioſe dixit q̃ ipſi tanquam Reges RemPublicam occupauerint: & mortuo craſſo iurgia ſtatim in bella proruperunt. Certatim totis. Nam gentes atque nationes ſequutæ ſunt hinc pompeium: inde cæſarem cum totius orbis imperium Populus Romanus teneret. Comune. Quia contra Rempublicam fit bellum. Signa. hic cæſaris: inde Pompei. Obuiam. Ideo dixit: Vt oſtenderet eadem ſigna non fuiſſe contraria: quod continuo oſtendit. nam Vexillum pompei Aquilam habebat in quo ſcriptum erat Senatus Populus Que Romanus: & hoc idem cæſar geſtabat. Pompeius Teſte Apiano Herculem inuictum: cæſar uero uictricem Venerem in auxilium uocabat: cui erexit templum: Vt prius ad pharſalum uouerat bellum initurus. Pares Aquilas. Declarat ſigna obuia. Pila tela Romana longa & rotunda. Quis furor o ciues? quæ tanta licentia ferri: ꝛc. nunc Vt ſupradixi per deploratõnem ab auditoribus beniuolentiam comparat. deplorat enim populum Romanum q̃ externis bellis relictis in ſe ipſum arma conuerterit: quis legenda hæc ſunt cum miſeratione: non autem cum inuectione. neq3 enim iuectio conuenit poetæ heroici carminis: ſed ſatirici. eſt autem deploratõ

UVA. BHSC. IyR_055

tal s:quale3 apud Oratium legimus in Odis. Audiẽt ciues acu
iſſe ferrum:Quo graueſ perſæ melius perirent:Audiet pugnas
uitio parentum: Rara iuuentus. Eodem modo Virgilius cum
de Aenea loqueretᷤ. Nos tua progenies celi quibus annuis ar
cẽ.Furor. De plorat populi Romani furore3. Ciues. Admonet
ciues eos eſſe qui ſanguinem ſuum appetunt. Licentia. eſt
data uobis ſcilicet. Præbere. Vt præbeatis. Gentibus inuiſis.
ideſt hoſtibus præbuiſſe. Quæſtio uidetur oriri:ſed ipſam poe
ta ſoluit:cum dicat Cumque ſuperba foret:ꝛc. Nam populus
Romanus Barbaris ſanguinem ſuum donauit:quem aduerſus
gentes imperio augendo præbere debuerat. Cumque ſuper-
ba foret. Quæſtio uidetur excitari cur in principio deploret:
quod ſolet eſſe Epilogi.Epilogus autem fit per deplorationem
& amplificationem: ſed habetur in arte rhetorica eoſdem fer-
me locos eſſe epilogi & prohœmii.Locus eſt cum oſtendimus
factum quod non oportuit.ſcilicet populum romanum crudis
uulneribus in ſe arma conuertiſſe:non factum quod oportuit.
Videlicet externos hoſtes bello proſequi:& aduerſus eos pro
augendo imperio bellum gerere. In principio beniuolentiam
a rebus comparabimus:ſi in commoda noſtra per conqueſtio-
nem:ſiue deploratione3 oſtendem9. Præbere. Scilicet uobis o
ciues. Superba. Declarat cur ſuperba: Nam Parthi fuerant
gloriati ad internectionem uſque cecidiſſe Romanum exerci-
tum. Nam cum Craſſus: Pompeius & Cæſar inter ſe coniun-
cti eſſent & RemPublicam Romanam pro arbitrio ſuo uexarẽt
partiti ſunt inter ſe prouincias: Ita ut Cæſar Gallias Britani
am:& Germaniam.Marcus Craſſus parthiam.pompeius uero
Italiam teneret. Sed Craſſum cupiditas auri traxit in parthia3
quam audiuerat auro abundare.Cum igitur fretus uirtute mi
litum: Negligentius exercitum duceret: in inſidias præci-
pitauit:& tanta ſagittarum multitudinem obrutus eſt:ut nu
bes uiderentᷤ:quæ quaſi cælum obtexerit.Cum igitur in colle3
tutum exercitum recepiſſet:ſpe colloquii allectus occiſus eſt
cuius caput abſciſſum & cerebro uacuato: plumbo impleuit.

UVA. BHSC. IyR_055

Nam rex decreuerat tantum auri ei qui caput craſſi obtuliſſet ſe daturum. Auſoniis. Italis. Babylon. Metropolis parthoru3 eſt a Semirami condita. In campo iacet:muri ambitum habet tercentorum & Lxxxv.ſtadiorum:eius craſſitudinem pedum triginta duorum. Altitudinem inter turres cubitorum quinq̃genum turrium ipſarum ſexagenum:uia3 ſuper mœnibus tã latam:ut quadrigæ occurrentes facile pertrãſire poſſint:unde & hoc ex ſeptem ſpectaculis unum dicit. item horti penſiles Vt refert Strabo:in figura quadrata:quorũm latus quolib3 eſt quaternum iugerum .hi fornicibus continentur ſe ſe in forcipicis modum intercidentibus ſitis ſuper pilis in aleatoriarũ tabellarum formam alius ſuper aliam poſitarum.pilæ concauæ ſũt & tra plenæ:ut arbores maxias cõſitas recipe poſſint.Ex lapide coctili & bitumĩe cõſtructæ:tã ipſæ:q̃ fornices: & fornicũ interſectiones ſupremum tabulatum aſcenſus ſcalares habet: & cochlias ipſis adiacentes per quos continue aqua ex Eufrate in hortos afferebatur ab hominibus ad hoc ipſũ cõſtitutis. Vmbraque erraret ꝛc. More gẽtilium locutus eſt:qui dicebãt umbras mortuorum tam diu errare:q̃ diu ſepulchro carerent: & ideo quia Craſſi corpus alitibuſ laniandus expoſitus fuerat: errare dixit.Marcus Craſſus bellum parthis illaturus Euphratem fluuium trãſit:uictuſq3 prælio in quo & filius eius recidit: cum reliquias in colle3 recepiſſet:euocatus in colloquium ab hoſtibus:uelut de pace acturis:quorum dux erat Surenas:cõprehenſuſq3: ne quid uiuus pateretur repugnãs interfect9 eſt in urbe Sinnaca:ut oſtendit Strabo:& ex centum militum militibus teſte Apiano uix decem milia in Syriam e fuga euaſiſſe referunt,nam illi urbe egredienti multa quidem ac dira tribuni annuntiauere:ne parthis hac re prorſus ĩdignuſ inferret bellum monuere:cui minime parenti publicas execratõnes extulerunt:quibus ſpretis craſſus demum ĩ Parthia profligatus:ut diximus dedit pœnas. Nullos habitura triumphos . Legibus enim romanis cautum erat nulli de ciue triũphare licere. Heu q̃. Dolentis eſt:uere inquam hoſtibus italum ſanguinem præ

UVA. BHSC. IyR_055

buiſtis:ex quo ītellige deploratōem. Hauſerūt. pro ſparſerūt. Vnde uenit. declarat illud tantum terræ.vȝ id terræ quod continet in oriente: occidente:meridie ſeptentrione. Vnde. a qua terra. Titan . hoc eſt oriens . Et nox ubi ſidera con. .i. occidens:auctus amne muſi ut plures exiſtimauere a Cyro defertur in Caſpiuȝ mare:ut refert Plinius libro quinto:quo cum ſidera conduntur præter polos:ſed contrarium uidetur.naȝ nox non condit ſidera:immo in nocte apparent:unde ſtellæ a ſtando dictæ ſunt:ſed ideo dixit quantum ad occaſum:quo oīa ſidera tendunt. Qua bruma. Plane ſeptentrionē oſtendit. Bruma rigens .ſ.frigore.nam ī ſcythia ſemp eſt hyems. Aſtringit Congelat.nam aſtringi uidetur cum gelu.ſ. Scythicum ſeptētrionalem. Glaciali uæhementi frigore quod glaciem innit. Iuga.ſcilicet romana.Seres .ſeres ſcytharum gentes ſūt auctore Pli.li.v.lanificio ſiluarū nobiles pfuſā aqua depectenteſ frō dium caniciē:unde geminus fœminis noſtris labor redordiendi fila ſurſum texendi:tam multiplici opere:tam longinquo orbe pectitur:ut in publico matroma trāſluceat.Seres mites qdē ſȝ & ipſis feris p ſimiles cætū reliquoꝝ mortalium fugiūt:adeo ut cæteraꝝ gētiū cōmercia abnuant.ptimū eoꝝ fluuiū mercatores ipſi trāſeūt ī cuiꝰ ripis nullo iter ptes līgue cōmercio:ſed poſita reꝝ p̄cia oculis æſtimātibus ſua tradūt:nr̄a nō emunt. auctore Strabone cap.Lxiii.apud hos populos ſūt qdā ī arboribus uermes q̄ bōbices appellantūr:ii ī araneaꝝ more tenuiſſima fila deducunt:ut refert Seruius libro ſecundo.Gergicoruȝ. Araxes. Scilicet fluuius qui per Armœniam labitur . unde & Lucanus in ſeptimo libro. Armœniumque bibit miles Romanus araxem. Et gens ſi qua. In dubitatione ponit: quia non reperitur ortus nili. Nam apud Herodotum legitur q̄ Cambiſes p ſarum Rex ſubacta ægypto :conatus eſt nili oſtium inuenire: quod non potuit. Solinus uero dicit Iubaȝ regem tradidiſſe & punicos libros affirmare nilum originem habere a monte inferioris Mauritaniæ qui oceano propinquat. Orbē totum. Quia orbem terrarum imperio ſuo roma ſubegit . Si. p qñ. Tātus

UVA. BHSC. IyR_055

amor. Conceſſio eſt color rhetoricus cum aliquid tunc maxime negamus quod concedere uidemur: Vt hoc loco concedit: ut bella gerant: ſed tamen dicēdo nefandum ſignificat non debere populum romanum hoc bello: affici amore. In. ideſt cōtra. Verte manus. Ad præſens tempus pertinet. At nūc ſemiruptis. Sed nunc inquit ſi quis quæſierat: quam ob rem multa Italiæ oppida euerſa ſunt: aut deſerta: non inueniet id ab externis hoſtibuſ eueniſſe: nec eam aliunde acceſſiſſe cladem: ſed romanos ipſos bellorū ciuiliū cauſam extitiſſe. ordo aūt tēdit uſque ad eum locum: nec tu pyrrhe ferox; ⁊c. Tunc inquit ſi tanta belli cupido inceſſit: debebas ciuilia bella gerer̄: cum hoſtes externos debellaſſes: ſed nunc non ita feciſti. nam prius urbes Italiæ bellis ciuilib3: aut euertiſti: aut deſertas feciſti. Pēdent. ideſt ruinam ubiq3 minantur. Semiruptis. Quia iam ferme ruerunt. Lapſis. Euerſis. Nulloſque do. cu. te. Et quia deſertæ ſunt urbes: & ꝙ nulli ferme in illis relicti ſunt ciues. Rarus & antiquus. Aut ꝙ omnino deſtitutæ ſunt: aut ꝙ rari admodu3 in his habitant. Horridaque dumis. Et ꝙ uniuerſa italia iam deſolata eſt. Horrida. inculta. Manus. agricolarum: non enī ſunt qui agros colant. Non tu Pyrrhe ferox. ideſt nō extern9 hoſtis. nam per pyrrhum Regem epirotaru3 omnes hoſtes externos intelligit: qui bellum italiæ intulerūt. nam pyrrhuſ Rex epirotaru3: materno genere ab Achille: paterno ab Hercule oriundus cum imperium Orbis agitaret & Romanos potentes uideret: & Apollinem de bello conſuluit. ille ambiguo reſpondit. Aio te Aeacide Romanos uincere poſſe. hoc dicto in uoluntatē tracto auxilio tarentinis uenit: bellum Romanis intulit: Leuinium conſulem apud Heracleam elephantorum nouitate turbauit. Quumque Romanos aduerſis uulneribus occiſos eſſe uideret. ego inquit talibus militibus breui Orbem terrarum ſubigere potuiſſē amicis gratulantibus quid mihi cū tali uictoria īquit ubi exercitus robur āmittam. Ad uigeſimum ab Vrbe lapidem caſtra poſuit captiuos Fabritio reddidit: Viſo Leuinii exercitu eandem ſibi ait aduerſus Romanos quam Her-

UVA. BHSC. IyR_055

culi aduerſus hidrą fuiſſe fortūnam.a Curio & Fabritio ſuperatus Tarentuą tefugit:in Siciliam traiecit. Mox ī Italiam Locros regreſſus pecuniam proſerpinæ auchere tentauit.Sed ea naufragio relata eſt.Tum in græciam regreſſus duą agros oppugnaret ictu tegulæ proſtratus eſt corpus ad Antigonum regē Macedoniæ relatū magnifice ſepultum. Pœnus erit .Sed Romani ipſi ſe mutuis uulneribus occidere,pœnus Hannibal qui decem annos Italiam occupauit & ſæpe Romanorum exercitus ocidit. Diſcindere. Vaſtare. Alta ſedent. Sed id faciet Romana diſcordia. Alta. profunda quæ adhuc apparent Sedent: Sunt:manent. Virgilius.Turnus ſecreta ualle ſedebat. Quod ſi non aliam. nunc ſenſit tranſit ad inuocatōnem & ſine dubio hoc loco per hyroniam dicit Neronem imperatorem:haud īdigne tot cladibus ad imperium Romanum per ueniſſe. Dicit enim ſi aliter Nero imperator Romanus eſſe non potuit:niſi prius tot clades Italia pateretur.iuſta cauſa fuit:cur bella ciuilia fuerint:nam ut talem imperatorem Romani conſequerentur nulla bella : nullæ clades timendæ fuere:immo potius optandæ .Ordo eſt iam nihil o ſuperi quærimus:ꝛc. Non aliam uenturo fata Neroni. Ideſt ſi nulla alia ratōne Nero potuit imperare Romanis: Magno. Scilicet precio:Labore & periculo declarat periculum:Quia niſi prius bella contra Gigantes confeciſſent : dii non potuere Reges eſſe cælorum. Tonanti. Ioui. Gigantum. Quia in ea animi ellatione uenere:Vt bellum Ioui inferre auſi fuerint. Scelera. Scilicet ciuilis belli . Nefaſque. Quæ contra ius diuinum & humanum geſta ſunt .Hac mercede: Hoc præmio :ut Nero nobis imperet. Diros pharſalia campos. Eſto:hæc omnia gaudemus contigiſſe:quando non aliter datur:ut imperatorem hunc conſequamur. Impleat. Scilicet ſanguine. Diros campos. Vbi dira bella geſta ſunt. Et pœni ſaturentur ſanguine manes . Ideſt Vmbræ Carthagtnenſium qui in Italia cæſi ſunt ſatiantur.Vt Aſdrubalis qui a claudio nerone & Liuio collega cum multis carthaginenſibus occiſus eſt,ergo eo

UVA. BHSC. IyR_055

rum animæ gaudeant ſe ultionem conſequutas fuiſſe. Vltima funeſta. Fuerit etiam prælium geſtum apud mundam ſi aliter Nero imperator eſſe non poteſt: quod quidem prælium ultimũ cæſari fuit: nec illud qdẽ pro reliqua facilitate: Sed triſte & aſperum. nam nec Cæſar pro more lætus fuit: ſed ante aciem mœſtus conſtitit ſeu conſideratione humanæ fragilitatis ſecundum Apianum: Seu metuens ne id quod pompeio acciderat ſibi contingeret. Cum ergo diu æquo Marte pugnaſſent ſubitũ iter milites ſilentium exortum eſt ipſe etiam nefas uidit: quod ante non uiderat: ut Veteranorũ manus retro cederent. ex quo adeo deſperauit: Vt de morte cogitaret: & uenenum hauriret. Cum igitur cohortes ex tranſuerſo ad eius caſtra uenirent: quas Labienus miſit ſimulauit eas fugere: & eaſ ad Mundã uſq; ſequutus ẽ. & Vrbem Mundam obſideri iuſſit: & cæſorum hoſtium factis aggeribus caſtra uallauit. Et cum iam deſperatis rebus filius Pompei fugiens in crure uulneratus ad Lauronem occidit. Dicit ergo etiam bellum illud quod geſtum fit apud Mundam accedat: Vt tandem imperator Nero fiat. Cæſar. ſ. Iulius qui uigintiquinq; uulneribꝫ in capitolio occiſus eſt. conſpiratõe in eum facta Interfectores cuius Teſte Apiano Alexandrino fuerunt ex ſuiſ potiſſimum fratres duo Cæcilius & Bucelianus: & ultra hos Rubrius Riga: Quintus Ligarius: Marcus Spurius: Seruilius Galba: Sextius Naſo Pontius Aquila. Ex amicis uero cæſaris Decimus Caius caſea: Trebonius præterea & Athilius cimber: Minutius Baſiliuſque. Peruſina fames. Auguſtus cæſar cum uigiti quattuor annorum eſſet Lutium Antonium Peruſiæ obſedit: & eum fame in ſeditionem uenire coegit: ibi & ipſi antonio dedit ueniam: & militibus ſuis Vrbem ipſam diruit reddactuſque omnibus aduerſæ partis exercitibus citra nullum ſanguine occidit. Mutinæque Labores. In mutina marcus antonius Decium Brutum obſidebat ad quem Legati de pace miſſi: repudiati ſunt. Poſtremo etiam Imperator

UVA. BHSC. IyR_055

Octauianus & primo quidem panſa aduerſus Antonium male pugnauit:deinde Hircius fuſis ſociis pugnam adæquauit.Sed tercio Antonius uictus ab Octauiano in Græciam confugit. Et quas premit aſpera Claſſis Leucas . Quam breuibus uerbis multas hiſtorias Lucanus complectitur . Auguſtus Cæſar initio & principio motus bellorum quæ Marcus Antonius fecit:traiecit Durachium:ut ibi ueniente Antonio & Cleopatra occurreret:ſed poſitis caſtris: Leucada promontorium caſtris circumdedit:Cornua etiam promontorii cinxit:& ſtatim cleopatra & antonius affuere:quadrigentæ naues erant Auguſti: ducentæ uero amplius hoſtiu3:ſed magnitudo haru3 adæquabat illas.nam aſenis in nonos remorum ordines ſurgebant. Præterea tabulata adeo alta erant:ut caſtrorum & urbium formam præberent:ſed hæc moles exitio fuit hoſtibus.nam agiles naues:graues Cleopatræ:plures ſingulis adortæ:facile diſſipauere:& ita Auguſtus Cæſar uicit. Premit. Quia ibi ſubmerſæ ſunt Cleopatræ & Antoni naues . Et ardenti ſeruilia bella ſub æthna. Syrius quidam nomine Enomius:quaſi phanatico furore ſtimulatus ſeruos ad libertatem & arma uocauit:cum Siriæ Deæ comas rotaret.nam ampla in os nuce ſulphure ſtipata :accepta : cum ſingulis uerbis ſingulas flammas emittebat:quo miraculo moti Serui.primo duoru3 milium.poſtea quatraginta milium exercitum confecit:& cœpit caſtra Romanorum.ſcilicet Malei Ignei ipſei & piſonis:ſed hos tandem nouiſſima fama uictos & quaſi peſtilentia conſumptos apud æthnam montem pro pœna in Ergaſtula duxit. Ardenti . Quia ſemper flammas emittit:ut perhibent.Multum Ro . Quamuis hæc omnia bella fuerint:in quibus tanta Romanorum cædes fuit:tamen bene geſtum eſt tecum o Roma q̄ talem conſecuta es imperatorem. Debes. Obligata es. Tibi res acta. Ideſt ad utilitatem tuam . Statione peracta aſt.pe.ſe. Apoſtrophat nunc ad Neronem:& per hyroniam dicit illum poteſtatē habitu3 cæli:cū ex hoc corpore humano diſceſſerit:ut quācū-q3 cæli ptē uoluerit deligē poſſit.Hac ſta.p. .i.hac uita finita

UVA. BHSC. IyR_055

Nam ſtatio eſt locus:ubi naues ad tempus manent:non autem hyemant:ita & anima in corpore noſtro quaſi in ſtatione manet. Senis. Quia longa uita tibi ſupereſt. Prælati. præpoſiti:quia tu cælum præpones regiæ Romanæ. Gaudente polo. Quia omnes cæleſtes lætitiam agent te in cælum aſcendere. Seu ſceptra. Siue inquit Rex cæli eſſe uolueris:ſiue currum ſolis aſcendere:facile tibi conſentient: & arbitrio tuo omnes tibi cedent. Flammigeros. flammas gerentes.uidelicet currus ſolis. Nihil timentem. Quemadmodum timuit Phæton cum currus patris regere uoluit.quaſi dicat non eris ſimilis phætonti: qui zodiaci mõſtri territus habenas equorum reliquit. Vago. Errante:quia errauit tunc cum ſolis phæton currum gubernauit. Luſtrare. Circuire. Quis. pro qualis. Tuo iuri. Tuæ poteſtati. Sed neque in arctoo. Monet ne imas cæli partes deligat:ne forte maiori onere axem premat:ſed dicit medium cæli locum capiendum eſſe:ubi ſedem ſuam ſtatuat. Nam ſi e regione ſteterit non poſſet niſi ex obliquo Romam reſpicere:& ex hoc eum Strabonem fuiſſe ſignificat. Sed neque. Inuocauerat neronem per ironiam quem dicebat excipi a toto cælo.nũc dicit medium cæli axem eligendum :nam ſi e regione conſederit:non poterit niſi ex obliquo Romam aſpicere:propter quod eum Strabonem eſſe ſignificat:Cornelii taciti teſtimonio & Euſebii:ideo dicit cum omnes dii tibi ceſſerint. Nec legeris. pro elegeris. In arctoo orbe.hoc eſt in ſeptentrionali.uidelicet ī altero polo cæli.nam ſicut in ſpera uidere licet:diameter:hoc eſt axis alio nomine appellatur:ab altero polo uſque ad alterum polum:per mediam tranſit ſperam & primus polus arcticus ideſt ſeptentrionalis dicitur ab arcto.ideſt urſa.nam αρκτωι. græce urſa latine.Alter uero antarcticus ẽ ex oppoſito arctici. ſcilicet auſtralis uel meridionalis.Dicit ergo ne in altera parte ſedem deligat Nero:ne nimio pondere cælum preſſum ruat. Nec polus. Hoc eſt in extremitatibus cæli ſedere noli.nam utrinque tibi periculum imminet. Auſtri. Ideſt in meridie in altero polo neque delegeris ſedem. Vergitur. Vol-

UVA. BHSC. IyR_055

uitur:quia cælū ſemper uoluitur ab orientē in occidentē & uer titur circa polos.ideſt arcticum & antarticum. Aduerſi auſtri. nam auſter a meriodionali aduerſus & oppoſitus eſt arctico:i. ſeptentrionali. Aduerſi. antartico polo oppoſiti. Vnde tuam. nam e regione poſitus:romam niſi es obliquo aſpicer poteris. Aetheris īmēſi. nec noli in extremitate cæli ſedere:quia nimio pondere preſſum cælum:in periculo eſt ne corruat. Axis: Scilicet arcticus & antarticus. Librati pondera. Quid igitur faciendum:tuta inquit pars cæli erit:ſi in medio ſederis. Orbe .ſ. cæli .ideſt in media rotunditate & conuexitate:nam cælum ſpericum eſt. Librati. Ideſt ſe ipſum ſuſtinentis:quia ſuo pondere ſe ſuſtinet:ut in nullam partem inclinet:ideo libratum cælū dicit. Pars: Scilicet medii cæli. Vacet. Ideſt tibi ſeruiat:& ſignificat Craſſi corporis homine:ac ſi dicat tanta eſt tui corporis uaſtitas:ut totam cæli partem ſis occupatus. Tunc genus humanum. Hoc loco rurſus ironice & amphibologice loquit. uidet enim dicere tunc cum cælum tenueris & gentibus humanis imperare cœperis:pax totum orbem tenebit:ſed hoc dicit donec unius imperium tenebis ſemper bella erunt.At ubi e terris diſceſſeris:tum denique pax ubique regnabit. Tunc poſtq̄ mortuus eris:uel poſtquam regna cæli tenueris. Poſitis. Pro depoſitis:quia dum uiuis ſemper bella erunt. Gens oīs amet Ideſt ſit hominum inter ſe ſocietas atque coniunctio:quæ dum imperas eſſe non poteſt. Ferrea belligeri. Secundum hiſtoriā Liuii hoc dixit & conſuetudinem Romanam. Nam ſicut apud Titum Liuium legitur.Numa Pompilius templum iani ædifi cauit:ita cum clauſum eſſet:pacem ſignificaret:apertum uero bellum. Belligeri Iani. Ideſt Iani dei templum quod apertum bellum ſignificat. Compeſcant. Claudant. Virgilius.Claudentur belli portæ:ſignificauit pacem futuram eſſe:tunc cum Octauianuſ imperaret:quod ita fuit:nā regnante auguſto Cæſare pax per totum orbem erat. Sed mihi iam numen. Ideſt tibi uiuo diuinos honores exhibeo teque non minus in terris inuoco: q̄ ſi cælum teneres. Te pectore. Ideſt ſi diui-

UVA. BHSC. IyR_055

nitatem tuam mente animoqꝫe concepero: mihi nō opus erit inuocare apollinem:nec muſas:nec carmen quo bella romana deſcribam. Accipiam pectore. Ideſt q̄ te animo & mente con cipiam. Nec uelim. Ideſt nolim. Solicitare deum. Scilicet A pollinem. Cyrrea.Nam parnaſus mons Boetiæ in duo iuga di uiditur.ſcilicet Cyrtam & Nyſam.In Cyrra colitur Apollo:na3 ibi erat templum Apollinis. In Nyſa uero colitur Bacchus:& poetæ in utriuſque tutela eſſe dicuntur.nunc igitur dicit ſe nō eos inuocaturum.Si uero ſibi fauerit ad carmen ſcribendum: ideo quod concepero animo noli ſolicitare.Cyrrea.Quia in cyr ra colitur apollo. Mouentem. Scilicet tunc cum oracula dat: quia mons omnis circumcuti uidetur & tremere. Auertere. Remouere quamobrem nec hunc:nec illum a ſuis ſedibus mo uebo. Tu ſatis. Scilicet eris & ſufficies. Romana carmina. In quibus res romanas ſcribere conſtitui. Fert animus. Per ī uocatōnem parrare incipit:ſed ante q̄ narret attentoſ facit a re bus magnis:nouis:inuſitatis. Fert. Ideſt cupit. Expromere. Aperire.ſicut in prohœmio diximus:licet hoc loco profiteatur ciuilis belli cauſas dicturum:tamen generaliter proſequitur & quædam poetarum dicit:ſicut Pompeius & Cæſar dominandi cupiditatem habuerint. Immenſum opus. Quia non rem par uam ſcripturi ſimus:ſed magnam. Furentem populum. Ideſt furore percitum. Excuſſerit. Remouerit. Inuida fatorum. Declarat:generalis eſt cauſa:quia fata ſic uelle uidētur:ut nul lum imperium ſit diuturnum:ſed ſi diuturnum certe non ſem per æternum. Inuida. Quaſi rebus humanis īuideat. Series. Eſt diffinitio fati. Nam ut ait Cicero.Fatum eſt ordo cauſaru3 æternitate fluens:ueritaſ ſempiterna:non ſuperſtitioſe:ſed ſim pliciter. Stare diu. na3 hoc imperiu3 ſtare diu nō potuiſſe:nō tantum fuit cauſa belloru3:ſed fata quibus aduerſantibus ni hil perpetuo durare poteſt. Summis. Magnis. Lapſus .ſ.fue runt cauſa huius belli. Graues ſub pon.L. Vnum ex reliquo ſequitur, nam ſi pondus magnum eſt: ideo grandior eſt ca ſus. Ferens. Subſtinens: quia ad tantum culmen magnitu-

UVA. BHSC. IyR_055

dinis roma peruenerat:ut non amplius ex mole nimia ſtare poterat.tranſlatio enim ſumpta eſt a mole quæ ad ſummum peruenerit neceſſe eſt:ut ruat. Sic cum compage ſoluta . Per ſimilitudinem oſtendit:quomodo pax turbata fuerit:fatis nolentibus imperium romanum diutius ſtare cum ſit fuſa pax in orbē terrarum:ſic inquit & fuſa eſt pax:ſicut quondaꝫ dicūt inter ſe diſſolutis elementis:omnia ad antiquū chaos redditura eſſe. Sic. Quo pax fuit confuſa:ſicut machina mundi. Ordo eſt omnia ſidera concurrunt. Cum. pro quando. Compage coniunctione. Soluta. Ideſt concordia quæ elementorum eſt uinculum ſecundum Empedoclem:qui dicebat quattuor q̄ dem eſſe elementa:Aquam:Terram:Ignem:& Aerem:ſed dicebat duo eſſe formalia.uidelicet litem & amicitiam:quæ elemēta coniungunt & ſeparēt. Amicitia eſſe incipit cum contrariæ qualitates elementorum & diuerſæ diſcedunt.Lis autem tunc cum illæ contrariæ qualitates redeunt:ſed hoc dicebat futurū ſpatio duodecim milia annorum.nam ut elementa cōcordent diuerſas qualitates habent.Epycurei autem:ut Democritus:dicunt omnia conſtare ex Athomis & ex ipſis elementa confici. & cælū ipſum:quia omne compoſitum ſoluitur in ſuum ſimplex:ſed omne corpus ſoluitur in Athomos.ideſt ī indiuiduuꝫ & hoc modo omne corpus in infinituꝫ ſcindatur:& id quod in finitum eſſe cœperit:ut ſcindi non poſſit.id autem corpus eſt: aut non.Si corpus eſt & ſcindi non poteſt. ergo & principium eſt ſui.ſi non eſt corpus:ergo ex nihilo nihil fit.ergo corpus eſt indiſſolubile.Anaxagoras uero dicit omnia . quæcunque ſunt: eſſe elementa:& multa eſſe corpora:ſi dicis omne corpus conſtare ex elementis.id autem eſt in ipſis elementis:aut non:ſi n̄ eſt ſequitur aliquid ens ex non ente:ſi dicis eſſe in elemento:ē & ipſum elementū.ergo omnia ſunt ex elementis : quod falſū eſt.Alii philoſophi unum eſſe elementum dicebant: & omnis motus eſſe ab igne .ergo mouetur ignis. ſꝫ cū ignis rariſſimꝰ ſit:non poteſt moueri in aliud rariſſimum : quod eſt impoſſibile : ſi mouetur. Sed ſi compago denſitas uel amicitia

UVA. BHSC. IyR_055

ſit coegerit in unum: & χ̄ς, cahos eſt rerū omnium rudiſ in ordinatæq3 materiæ cōfuſa cōgeries & dicitur συγγεω .i. confundo. Ignea aſtra. Quæ natura ſeparata ſunt v3 ignis.i. æther miſcebitur cum elemento contrario.i.aqua. Fretū. ma re ipſum terram inundare uidebit. Excutiet. Confūdet:ut oīa inundentur. Phœbe .i.luna aduerſa ibit ſoli:quæ a ſole ſemp naturaliter diſcedit:& quanto magis appropinquat ſoli:tanto minuſ lucet:& e conuerſo & hinc eſt q̄ luna dicitur creſcere & decreſcere:ſed ſol exteriuſ ſuum curſum facit Luna interius & quantum ſpatii ſol conficit uno anno.Luna uno menſe profi cit. Obliquum arborem .i.per zodiacum qui circulus ex obli quo zonas cingit:ergo ubi nūc noctem Luna tenet:tunc diem tenere uolet. Diem poſcet ſibi .i.relicto ſuo per curſum ſolis i cedere incipiet. Totaq3 diſcors ma. .i.concordia elementoru3 qua omnes res conſiſtunt & ſeruātur. In ſe magna ruunt.cœ pit ſuperius dicere cauſas belli ciuilis:& inter cæteras hāc quo que magnam dixit cauſam fuiſſe:q̄ ad ſummum culmen im periū populi romani peruenerat:& cum cælum ſe ipſu3 ſubſti nere nō poſſet:rueret:adhuc proſequitur dicenſ:cum ad eā cel ſitudinem uenerit imperium romanum:ut altius aſcendēr ne queat:neceſſe eſt ut per ſeruat:ſed ita dii uoluerūt:ut ſit finis imperii. Lætis .i.proſperis:ſicut triſtia aduerſa dicimus;ſic læ ta proſpera intelligimus. Fortuna cōmodat inuidiam. Hoc i quit:quas fortuna opes populo romano dedit inuidere cœpit: noluitque ut externæ gentes has opes proſternerēt:ſed popu lus romanus.ergo inuidiam ſuam nulli commodauit. Populū romanum. nam ita fortuna uoluit:ut romani inter ſe concur rerent bello ciuili & ſuas opes profligarent. Tu cauſa malorū. Roma enim fuit cauſa tantorum malorum cum cœpit tribus dominis eſſe comunis. Nam Cæſar ut Iuliam filiam pompe io coniungeret & Craſſum conciliaret:ſe tertium ſocium fecit: ut nihil in Republica gereretur quod ſuo arbitrio diſpliceret: ſed poſtquā concordia direpta eſt morte Iuliæ & cæde craſſi:q̄ bello partico occiſus eſt:ita bellum ciuile eſt exortu3. Tribus.

UVA. BHSC. IyR_055

dominis pompeio craſ. & Cæ.qui inter ſe imperium ro:partiti fuerant.nam ut refert Apianus Craſſus ac Pompeius conſules ambo deſignati:Cæſari imperium Galliæ in aliud impiũ ꝓrogarunt.prouincias ipſi inter ſe exercituſque partiti ſũt.Põpeius hiberiam ſortitus ac Libyaʒ:amicis ad eas emiſſis:romæ præſtitit.Craſſus uero Syriaʒ ac ſyriæ proxĩa aſſumpſit:ad parthicũ ſiquidem bellum anhelabat:ut lucrum & gloriaʒ inde referret. Turbam. Quia ſocietas regni nunq̃ duratura eſt:quõ? Fœdera .ſ.fuerant cauſa. Regni ꝛc̃. Quia regnum non patitur duos.ſic Statius. Sociiſqʒ comes diſcordia regnis.hæc eſt ergo cauſa malorum. Feralia. Letifera:inter duos uel plures ſemp eſt letifera:non diuturna:ſed ſatius fuiſſet non fuiſſe cõcordeſ Cæſarem & pompeiũ:q̃ poſt concordiã in diſſenſiõem ueniſſe. Vnde dicit Cicero prius conſuluiſſe pompeio:ne Cæſari ſe coniungeret:quia coniuntõem ReiPu.optimam uidebãt:ſed diſcordiam pernitioſam intelligebat. O male concordes.O ĩq̃ Põpei Craſſe & Cæſar quid tentatis inter uos ſocietatẽ iungere impii ñ neſcitis:nullũ regnũ ſociatũ ẽẽ poſſe. Male cõcordes.ſ.mundi nõ duraturi. Cupidĩe. ꝙa libido regnãdi uos ĩ hãc ſocietatẽ deduxit. Quid. Cur. Miſcere uires .i.cõiũgere & ẽẽ ſocios.q. dicat hoc fruſtra facitis. Orbẽ .i.ĩpium orbis terraꝝ.nã Roma dña erat & regina terraꝝ. In medio. ĩ cõi:ut uos tres imperetis:nõ ĩtelligitis hoc fruſtra tẽtare q̃obrẽ:ꝙa tentatis facere qđ numĩa ꝓhibẽt:& dũ mũdi natura ꝑſtabit:ipſa nũq̃ fides inueniet ĩter ſocios regnoꝝ:nec fratres ꝙdẽ ĩter ſe fidẽ ſeruarũt cuʒ regnare cœperũt:qđ ita ſit exemplis noſtris & ueterum ꝓbari põt:ut Etheoclis & Polinicis fratrum:& cũ regnuʒ thebanuʒ uterqʒ teneret:tandẽ inter illoſ orta diſcordia mutuis uulneribus ſe ceciderũt:ſic Atrei & Thyeſtis:quoruʒ alteri.i. Thyeſtes uxorem fratris uiciauit.Atreus Thyeſte ad conùiuiuʒ uocato Thyeſtis filios ei epulandos dedit. Dũ terra leuabit.i.dũ orbis terrarum durabit. Leuabit.i.ſubſtinebit:ꝙa terra ſuo pondere librata incerta ꝑmanet circũferentia celi.mare.n.terrã circundat.recte ergo dicit:ꝙa terra fretũ ſubſtinet:aqua uero aereʒ &

UVA. BHSC. IyR_055

terrã:qa ſuo pondere aer ſubſtinet terrã:qa circundatuſ eſt ter ra:ĩ medioq3 cẽtro eſt terra.mare ambit terrã.ergo terra ipſu3 ſubſtinet:qa in nullam ptẽ declinari poteſt terra:ſ3 cu3 grauis ſit deorſum tendit:& ad locũ ſuum redit.exẽpli gratia:ſi circi no faciſ orbem:punctuſq3 ĩ medio circũferentiæ erit.tunc pun ctus diſtabit æqualiter ab ipſo orbe:nec in aliquã partem incli nari põt:ſic nec terra inclinari poteſt:nec a ſuo centro diſcedẽ licet ſit ſuo loco mota:ſiue dextrorſum:ſiue ſiniſtrorſũ. ergo ſe quitur ut eam aer ſubſtineat:& neceſſario in loco ſuo centro ꝑ maneat. Longi labores.qa ſeptẽ ſũt planetæ.ſ.Saturnus: Iup piter:Mars:Mercurius uenus:Sol:Luna:ꝙnq3 ſe modo contra mundum ferunt:mõ cum mundo retrogradi ſũt.duo.ſ.Sol Lu na ſemꝑ contra mundum ferunt:iõ longos labores dixit :non ꝙ ſol laboret:ſed qa laborem non ſequitur.fatigatur enim cu3 contra mundum uoluitur:ſ3 cũ non ſeqtur laborem . Voluẽt: Quia ſol ſemper cõtra mundũ uoluit. Cælo .ideſt per cælum. Totidem per ſigna: per quot ſigna currit ſol:ꝑ totidem etiã lu na:ſed hoc intereſt:qa ſol exterius curſum ſuum facit & ſingu lo menſe ſingula zodiaci ſigna tenet. Luna uero per eundem circulum curſum ſuum facit:ſed ĩterius zodiacus eſt circulus in quo duodecim ſigna poſita ſunt:& per obliquum zonarum circundat̃ per hũc ſol & luna ſuum curſũ faciũt:ſ3 exterius ſol & interius luna.ergo breuior eſt:ex quo ſeqt̃:ut quantũ ſpacii uno ãno ſol cõficit ĩ uno ſigno permanẽs:cũq3 ĩ õib3 ſignis cur ſum fecerit ãnum pficit.at uero luna uno menſe oĩa ſigna lu ſtrat:ideo dixit lunam ſuccedere diei recte. Nox .i.Luna. Toti dem ſigna.i per:quot ſigna currit ſol:& per totide3 luna. Nul la fides regni .ſ.erit.i.nunq̃ ſocii regnoꝝ inter ſe fidem ſerua bunt. Omnis poteſtas. Idem dicit:nã cũ poetæ aliquid obſcur̃ dixerint diffuſius poſtmodũ dicere ſolent: Impatiens cõſortis. .i.poteſtas nulla conſortium habere poterit. Nec gentibus ul lis. nolo inqt externis gẽtibus credatis: ſed a uobis exemplũ ſumite.nam q Romam cõdiderũt ipſi ſe occiderũt.ſ.Romulus & Remuſ.natura enĩ uult ut ĩ regnũ alter maneat:alter occida

UVA. BHSC. IyR_055

tur. Fatoꝝ .i.numinū & uoluntatis deorum. Longe.i. ab ex
ternis:& longinquis gentibus:nā a uobis & conditoribus urbiſ
exemplum ſumere poteſtis.nam ut Liuius & oīs hiſtorici tra
dunt:Romulus & Remus Romam cōdidere:& cū augurio uel
lent inter ſe dignoſcere uter eoꝝ urbi noīm imponeret. romul9
palatinum mōtē cāpaniæ conſcendit: Remus uero auētinum:
Remo uultures ſex primo apparuerūt:deinde romulo. xii.qua
p̄opter Remus dicebat fata hoc p̄otēdere:ut urbi noīm impo
neret:quia ſibi uultures primo apparuerūt.Romuluſ aūt ad ſe
hanc dignitatē trahebat dicens:q̄ licet ſibi poſterius uultures
apparuiſſent:tam̄ numero plures.unde exorta eſt diſcordia:ut
celer tribunus militū occiderit remum.Alii dicunt remuꝫ a ro
mulo occiſum fuiſſe q̄ ad ludibrium fratris prima mœnia Vr
bis tranſiuerit. Primi muri .i.ab initio ædificati. Sāguine fra
terno .ſ.mortuo remo. Nec p̄ciuꝫ. arguit a minori ad maius.
ſi duo non potuerunt in ſocietate regni permanere:cū regnū
exiguum eſſet:quāto magis pati non potuerūt ſimul regnare:
cum tm̄ imperium habeant:ut orbem terraꝝ poſſideant:mul
to magis impellentur:ut plures regnare non poſſint. Cōmiſit.
.i.diſſenſionē concitauit fratres:nā condita yrbe Romuluſ & re
mus cum uiderent ciuitatē infrequētē ēē:ut āliunde ſibi ciues
cōparent:Aſylum cōſtituerūt:ſed ante filii Herculis aſylū athe
nis fecerant.Vnde Virgilius qui rettulit acer aſylum:ſed ad ſi
militudinem filiorum herculis aſylum Romulus & remus ſtru
xerunt.Aſylum aūt locus erat quo oīs conueniētes ut ingreſ
ſi erant:ſi fures:ſiue homicidæ:ſiue latrones fuiſſent extrahi ñ
poterant:unde dictum eſt aſylum α συλεω, quod eſt traho a
uero dicit priuatōem. Exiguum aſylum.ſ.ex homicidis & la
tronibus roma cognoſci poteſt. Aſylū: locꝰ ille nō urbs:ſꝫ aſy
lum paruum:cauſa fuit:ut ipſum non magno premio:uſqꝫ ad
cædes:fratres condiderint:ex quo poſſumus intelligēr quid fa
cturi ſint fratres regnorum.ideꝫ Statius ait.Lis eſt de paupere
regno. Tempus more ſuo quod obſcurius dixerat declarat. Di
ſcors cōcordia. Quomodo diſcors ſi concordia eſt:& quomodo

UVA. BHSC. IyR_055

concordia ſi eſt diſcors? qa pax erat inter Craſ. Cæ. & pompeiũ inuita. ergo quia inuita: odioſa erat: diſcors erat. Paxq3. q; animos concordes inuiti tenere declarat. Vere inq̃ inuiti pompei? & cæſar in concordiã manſere. Craſſus aũt erat uinculum concordiæ eor̃: qui poſtq̃ bello partico deletus eſt: ſtatim eſt orta diſſenſio inter cæſarẽ & põpeiũ. Qualĩ. per ſimilitudine3 oſtẽdit quomodo medius craſſus tantiſper cæſarẽ & põpeium ĩ cõcõdia retinuerit. eodẽ mõ iqt craſſ? tenebat eoſ: ne bello cõcurrerent: quẽadmodũ terra inter ioniũ & ægeũ: duo maria cõtin3 ne inter ſe undis collidant̃: dico craſſus talĩ medius erat mora: qualĩ iſthmos q; ſecat ũdas. Gracilis. i. tenuis poſthmoſ & iſthmos cõtraria ſunt: nam poſthmos terra dicitur quæ mari circũ datur. at uero iſthmos dicitur terra quæ ĩter duo maria poſita eſt. Gracilis. dixit ad comparatõnem gemini maris. ſ. ionii & ægei immenſitas gemini maris facit: ut iſthmos uideatur gracilis: ſicut locus peloponneſſus eſt ĩter duo maria: quẽ morea3 nũc uocãt: ubi ẽ Corynthuſ urbs ualidiſſima: de q̃ multi populi: ut athenienſes pugnauerunt: quaſi uictoriæ premiũ ĩ medio poſita eſſet. Peloponneſſus utrĩque facit mare. Cõferre. i. inter ſe cõtendere ut undæ undis collidantur: ſi terra recedat e medio. ſtati maria illa undas miſcere icipiẽt: quaſi exoriatur illico pugna. ſic craſſo ãmoto inter ſe pompeius & cæſar concurrere cœperunt: Sic. eodem modo adaptat ſimilitudinem. Sæua arma. hiſtoria talis eſt. nam craſſus aduerſus parthos ꝓfectus ẽ auri cupiditate: babyloniam aggreſſus eſt pugnare: quod ſentiens Arſacides rex parthor̃ exercitum contra eũ duxit. & cum ĩ regionem illa3 ingreſſus eſſet teliſ parthor̃ oppreſſus eſt. Dirimens. diuidens. Miſerando funere. Bene miſerãdo: quia cũ factum eſſet: ut ad colloquium ueniſſet per inſidias occiſus eſt Carræ. ar̃. eſt ciuitas Babyloniæ & parthorum. Aſyrias. quia babylonia eſt in Aſſyria: ubi hoc factũ eſt. Parthica. i. a parthiſ illata: & quæ ipſi intulerunt romanis: ſed exercitus ſui bella ciuilia fecerunt o Arſacide o perſide. Plũſq̃ creditis. Quia non tantum craſſum cum exercitu ſuo deleuiſtis: uerum etiam po-

UVA. BHSC. IyR_055

pulum romanum inter ſe concurrere feciſtis:ut magnam clá-
dem imperium romanum pateretur:quia ſibi bellum ciuile de
diſtis. Diuiditur. In duas partes omnes opes populi romani
diuiſæ ſũt. Quæ mañ. p declamatõe3 dicit tm̃ ipiũ populi ro.
terram maria fortunam regere:tamen in poteſtate ſua:nec im
perio ſuo duo capi non potuerunt. Totum orbem .i.fortuna
ab oriente ad occaſum tenet populi romani imperium: tam̃
duos non potuit capere.ſcilic3 cæſare3 & pompeium. Non ce
pit. Non continuit. Nam .i.quia aliam cauſa3 ſubigit cur Põ-
peius & cæſar ſimul concurrerent.v3 mortem Iuliæ. nam ea af
finitas cõtinebat hinc patrem:inde uirum:ne arma iter ſe mo-
uerent.Iulia Cæſariſ filia ex pompeio pregnãs ceſſit e uita quo
tempoſ Domicius Aeneobarbus aduerſabatur Pompeio ad cõ
ſulatus petitõnem.die enim ſtatuta ad petendum deſcenderãt
nec(teſte apiano)ſuperueniente nocte e martio campo diſcede
bant:donec cœptis litibus inter eos:Domicii ſeruum lumen af
ferentem interemere:inſecuta deinde omnium fuga.Domiciuſ
uix in domo propria ſaluatus eſt.pompei ueſtis cruore ſordi-
da:a non nullis ad ſuos delata.adeo paru3 uterque a periculo
abfuit. Pignora. Scilicet uincula: Iuncti. Coniuncti ſangui-
nis. Ferales. Quia tres duces male ReiPublicæ ſociati fuerãt.
Thedas. Ideſt nuptias:nam ſæpe uno inſtrumento totius Rei
proprietas indicat.poſuit enim thedam pro nuptiis. Antiqui
enim in nuptiis thedis.ideſt facibus utebantur:eo p uir ſpon-
ſa3 noctu ducere ſolebat. Ferales. Quomodo ferales:quia treſ
duces his nuptiis magno ReiPublicæ malo conſociati erant.
Ad manes .ideſt mortua eſt. Parcarum. Quia tres ſunt par-
cæ:Lacheſis:Cloto:Atropos:quæ uitam hominũ ſignificare ui
dentur.nam Lacheſis quæ filat:principium uitæ cuiuſlibet p-
ſonæ oſtendit:Cloto quæ colum ſubſtinet vitam hominum du
cit.Atropos quæ fila rumpit:ſignificat finem uitæ hominis:&
dicitur quaſi inexorabilis:quia uerti non poteſt cum ad finem
peruenerit.parcæ quoque ſimiliter fila uitæ Iuliæ duxerunt. p
ſi fata tibi. Vere inquam mors Iuliæ cauſa fuit huius belli ciui

UVA. BHSC. IyR_055

tur ſed quod obſcurentur die:cauſa eſt ſol:quia maius lumen offuſcat minus. Cornuq3 coacto. tetigit cauſam eclypſis lunæ cum plenilunium eſt.nam luna non obſeruato tempore ſubito obſcurata eſt.nã clypo deficio:clypſis defectus ſignificat qui fit quando ſol aliquãdo minor:aliquãdo maior uidetur. Coacto. coniuncto:cum cornua in unum coierint:luna tunc plena eſt:ſed eo tempore paſſa eſt eclypſim.Fratrem.i.ſolem:ſoliſ eclypſis eſt:cum luna perpendiculariter ſubiecta ſoli fuerit:& ſolis radii excepti a luna ad nos peruenire non poſſunt:& maior eſt pro ut perpendiculariter ſoli ſubiecta fuerit.Si uero e regione impellitur minus offuſcatur:ideo autem obliqua incedit luna:ne ſi in centro caderet pateretur eclypſim. Fratrem.i.ſolem.nam Phœbus & diana ſecundum fabulas fratres ſunt :ex Ioue & latona nati. Subita umbra. Non rõne aliqua. Vmbra inter. ſolem & lunam expalluit eclypſim paſſa eſt. Inuoluit. circumuoluit. Deſperare diem. Quia gentes credidere nunq̃ dicit redditurum. Sole thieſteæ. non aliter obſcuratus eſt q̃ cum Atreus & thieſtes cœnam illam fecere in qua fratris filiũ frater fratri epulandum appoſuit:nota fabula quo ſcelere ſol obſcuratus eſt. Mycenæ thieſteæ. Vbi habitauit thieſtes:ſed fratrem pro fratre poſuit.nam Atreus maior erat & rex mycenarum. Duxere noctem. Quia ſol a meridie in ſuum ortu3 rediit. Ora ferox. pergit quod ſuperius inſtituerat.uidelicet narrare prodigia quibus clades futura nuntiabatur:nec eſt cur q̃ſ q̃ mirari debeat:q; tam diuerſa prodigia narret cum exitium quod urbi imminebat:tam magnum fuerit.dicit autem ætnam emiſiſſe ignem:ſed non rectum:ut antea:ſed italiam uerſuſ fluxiſſe:ut facile poſſet apparere peſtem italiæ imineꝛ. Mulciber. ideſt uulcanus ſecundum fabulas.poetæ enim dicunt in monte ætna Vulcani officinam eſſe:&ignem emittere quotiens fõnacib3 ardentib3 aliqd fabricare.cœpit. Non intulit in cœlu3. .ſ. nam natura ignis eſt ſemper ſuperiora petere . Nunc autem non ita fecit . In Heſperium latus . Quia aliquando ſicilia coniuncta fuit italiæ:ſed lõgo ſpacio tẽporis fluct9 maris

UVA. BHSC. IyR_055

diremit latus illud. Atra charybdis.. Dicit etiam maris undas dediſſe ſigna quædam quod ſupra modū inflatū erat. Sanguineum fundo. in ſanguinē dicit cōuerſas eſſe maris undas: qđ ſignum erat cædis futuræ: Flebile. pro flebiliter. Sæui canes .ſ. ſyllæ: nam hoc fabula habet ſyllam fuiſſe uirginem pulcherrimam: quaꝫ glaucus deus marinus amauit. Circe autem quæ amore glauci tenebatur: inuidere cœpit: & fontem notauit ubi ſylla abluere ſe ſolebat: quem ueneno infecit in quo ingreſſa puella dimidia parte ſui in canes ē conuerſa: illa autem ſuis monſtris territa ſe in mare deiecit. ſylla autem ē locus in mari ſiculo periculoſus ꝛc. Veſtalis raptus ab ara. dicit etiam ueſtalem ignem ſubito correptū fuiſſe ab ara: & olocauſtum uictimarum diuiſum eſſe: quæ ſigna deorum indignationem ſignificabāt. Cōfectas. Finitas. nam ignis qui accenditur in fine olocauſti: oſtendit ſacrificium eſſe finitū. Olocauſta aūt ſacrificia erāt ī quibus tota uictima comburebatur: latine uero ſacrificia in honorem iouis cōſtituebantur quo oīe latium cō uenire ſolebat. Scindit in partes. Quod ſignificat ducū diſſenſiones. Thebanos muta ro. dicit nō aliter ſciſſam fuiſſe flammam q̄ ſciſſa eſt quōdā in duobus rogis fratrum. ſ. Etheocliſ & Polinicis: cum ille a ſorore Antigone: hic ab uxore Argia rogo ſuperimpoſiti ſunt: quo rogo flammæ ſciſſæ ſunt tanquam ad huc mortui pugnare uellent. Subſedit. ſubmiſſa eſt. Cardīe. .i. a centro ſuo declinata eſt. Nutantibus. Cōcuſſis. Diſcuſſēr .p diſcuſſerunt. Niuē. ſignificat autem tertemotū fuiſſe. Thethis maioribus. i. mare inflatū eſt adeo: ut calpem traxerit. Calpe mons eſt ultimus oceani finibus. & eſt in hiſpania promontorium: quod diuidit Europaꝫ ab Aphrica. Athlanta mons eſt in mauritania. Indigetes dicuntur qui ex hominibus facti ſunt dii: dicti quaſi ī diis agentes: uel q̄ nullius rei indigeant: qui & diui dicūtur: Lares deos. Penates. Teſtes. L. ſ. nam quia marmora ſudabant: ideo magnum laborem fore oſtēdebāt. Dona. arma. Diraſqꝫ. d. f. u. ut bubones noctuas ueſpertiliones: ſtryges: quæ tempore noctis uolitare ſolebant: nunc die uolant:

UVA. BHSC. IyR_055

Siluiſque ſe. Hoc magnum fuit q; feræ irrumperēt urbem & i medio foro cubilia ponerent. Sub nocte. tempore noctis. Audaces. Quia in frequētiam hominum uenire auſæ ſunt. Tum pecu. faci. Acceſſit etiam boues locutos fuiſſe. pecudes autem ꝑ bobus poſuit. apud etiam .T. Liuium accipimus bouem locutam. hio triumphe caue tibi roma. Ad humana murmu. ad humanam uocem loquendam. Mōſtruoſi parte hominum. declarat: quia maiora & plura membra habuere q̄ ſolent. Numero. Quantitate. Modo. magnitudie. Matremque ſuus. Quia cum maiora & plura membra ſe peperiſſe mater uideret q̄ ſolita ſit: territa eſt. Dira carmina. c. u. Quæ in libris ſybillinis inuenta ſunt. v3. R. R. R. F. F. F. & uates hoc modo īterpretati ſūt. Regnum romæ ruet: ferro: fame: fuga. Tunc quos ſedis. Etia3 Cybelis matris deorum: ſacerdoteſ in furorē uerſi ſunt. bellonā aūt ꝑ cybele poſuit. Sectis lacertis .i. brachioꝝ uenis inciſis. nam galli ſacerdotes ſanguine ſuo placabant Cybelem: & crinibus rotatis in furorem uertebantur. Cecinere deos. i. oracula deorum. Sæua. Quia ſæuos facit ſecerdotes. Triſtia. ſ. oracula. Compoſitis plene. Dicit etiam ſepulchra mortuoru3 gemitum dediſſe. Compoſitis. Locatis in urna. Tunc fragor ar. .ſ. auditus eſt. Eſt autem ζeuma ab inferiori. Perauia. Quæ ꝑcul a uia ſunt. Quique colūt. i. qui in ſuburbanis uicis habitant romam uenere nuntiantes ſe uidiſſe mægeram quæ flammis & flagellis ſerpentinis urbem ambiret. Herynis. furia infernalis. Excutiens. ꝑnam. ardentem facem altera manu tenens: & altera ſerpentina flagella. Stridenteſ co. Quia dicit̄ habere ſerpentinos crines. Agauem. agaue mater Penthei qui ſacra liberi patris a mœnibus ſuis ammouit. nam liber pater indignatus Authonoem & Agauem materteram in furorē uertit quo furore exiſtimabat Pentheum aprum eſſe. & eum occidere. Mater uero caput filii per urbē furens geſtabat: putans illud apri caput. Sæui Ligurgi. Qui & ipſe indignatus eſt bachum ipſum quoq3 a mœnibuſ arcebat: & eo vſq3 proceſſit īdignatio: ut uites etia3 incideret: quod dū facere uellet ſua crura

UVA. BHSC. IyR_055

incidebat. Eumenis. furia eumenides dicuntur. Horruit alcides .i.hercules qui ditē uidit & non timuit:ſed uiſa mægera totus horruit:nam hercules rediens ab inferis:iuſſu Iunonis nouercæ in furorē uerſus eſt:& lycū qui urbem ſuam ceperat occidit:ac ꝑprios liberos cū uxore mægera credens eos eſſe Lyci filios:hoc late patet apud Senecam in tragœdia quæ appellat hercules furens. Silentibus umbris.i.ſilenti nocte. Medio uiſi.con. & uiſæ ſunt umbræ:hinc ſyllæ triſtes:inde matii læte. Campo. qa in campo martio ingenti pompa.P.R.ſepultus ſylla erat. Triſtia. Quia ſignificabat pompeium cum ſuis uictuꝫ iri. Gelidas amenis. nam apud ripas ameniſ ſepultus erat matius.ibi enim erant ſepulchra mariana. Hæc ꝑp placuit. ꝓdigia eiuſmodi diuerſis in locis futuri mari prænūtia apparuerāt ſicut & erāt.Cenſuit ergo ſenatus accerſendos eſſe uates etruſcos:qui oīni diuinatōne periti erant:ſicut ab ipſis ſacrorū oīnium principia manauerant:& eoꝝ uetuſtiſſimus erat Arons:q audito ꝓdigio.ptimo ꝑparat ſi qua rōne deos placare poſſet. Hæc pp. hiſterologia eſt.i.præpoſterus ſermo:qui fit quotienſcunqꝫ ſermo qui ꝑponi deberet poſtponitur. Placuit.ſ.ſenatui populoqꝫ romano. De more uetuſto. Sic eniꝫ mos erat romanorum uates etruſcos accire:ꝙ eiuſmodi reruꝫ peritiſſimi erāt Aeuo. ætate & ſenſo. Lunæ. Luna eſt ciuitas ligutiæ q̄ nunc deſerta eſt. Ful. edoc.i.qui noſcit quotiens fulmina uel rōne feruntur:uel præter rōnem.nam ſi rōne mouentur ꝓdigium nō ē:ſi uero contra rōem ꝓdigium id appellatur.Mouentur autē fulmina & locis & tēporibus ſecundū rōem:locis:ut in frigidis & calidis:temporibus :in frigidis raro mouetur fulmen:ut pote in ſexto & quinto climate:mouet aūt in tropico æſtiuo cū ſol eſt in capite cancri uel accedens:uel recedens:tunc eſt fortis calor:& uapores tertæ ſubleuat quibuſ coniūctis fulmen efficitur:locis calidis in æquinoctiali tropico:& frequentius cum ſol eſt ī capite arietis uel libræ:quia in locis calidiſ non pōt moueri tropico æſtiuo:quia calefacti calores conſumerentur priuſ q̄ ſubleuarentur:& fulmen fieri non poſſet: ꝙ ſi moueret fulm

D

UVA. BHSC. IyR_055

ꝑdigiū.ēēt ergo dicit eum fuiſſe doctū quotiens eſſet ꝑdigiū uel non. Venaſq3 calentes. Aruſpicinæ peritum fuiſſe ſignifi cat. Calentes. Adhuc palpitantes:quia adhuc inteſtina uiua erant:& ſi læta fuiſſent:rem ꝑſperā futurā ſignificarent:ſi e cō tra aduerſam. Fibraꝝ. fibræ ꝑprie dicūtur uenæ iecoris. Mo nitus. admonitōes ſignificat:ipſū auſpicii peritū. Pennæ. hoc eſt ꝑpetis auis partem ꝑ toto poſuit.nam auiū aliæ ſunt ꝑpe tes:aliæ oſcines.ꝑpetes ſunt quæ ꝑdigia uolatu ſignāt.oſcineſ uero quæ uoce futura prænūtiant:unde dictæ ab ore & cano. Monſtra iubet primū.i.aboleri & penitus tolli mōſtra.v3 quæ ſupra dixit:uel monſtruoſi partus hominū numero mēbroꝝ. Natura diſcors. qa ſibi ipſi natura diſſentiebat.non enim natu ram ſeruabant:ſed membra erāt feraꝝ:& monſtruoſa . Nullo ſemine. ideo ꝑdigium quia præter naturam:ut anili & uirgi neo. Semine. Quia uirgo. Sterili. Quia anus nefandos exe crabiles. Infauſtis uero flammis. Iuſſit monſtra illa flammis conſumi & penitus tolli. Mox iubet & toto.i.iuſſit ambaruale ſacrificium fieri:quo ciuitas quibuſdam ſacris ambiebatur. Fe ſto lu. feſtina circuitōne.nam luſtrare circuire ſignificat. Lon ga. late porrecta. Pomeria. Sicut liuius dicit appellata eſſe:q̄ ſint poſt mœnia:ſed falſo.nam nō magis dicuntur pomeria q̄ ſint extra mœnia q̄ q̄ mœnia ſint poſt ſe:dicitur pomeriū ſolū illud quod inhabitatur extra mœnia:ſiue intus:ſiue poſt mœ nia.ergo pomeria per extremos urbisfines . Sacri. Pro ſacri ficii.nam in poteſtate pontificum ſunt ſacrificia.v3 quibus diis & quibus tēporibus ſacra fieri uelint. Ritu gabino. Nam gabi ni cum extra mœnia ſacra celebrarent:hoſtes ſuperuenere: ip ſique ſine armis erant:togam a tergo reiecerunt:ita ut a dexte ra parte ad ſiniſtram reiecta:ultimam partem extremæ togæ ī ſiniſtrum humerum uerterent:& iteru3 ſub ala reducerēt: hoc autem faciebant ne ueſtes fluxæ impedimento eſſent: & tanq̄ clypeo muniti ita pugnarunt ut uincerent: & ita ſeruatum eſt ſacrificia romæ more gabinorum fierent . Veſtalem choru3.d. .u.ſ. & ſacerdos ueſtalis præeſt cæteris quam nos Abbatiſſa3

UVA. BHSC. IyR_055

uocamus. Vittata. uelata more ſacerdotũ. Chorũ.ſ.uirgines ſuas. Troianũ ſolitũ.i.palladiũ.nam ſicut in urbe troiana pal ladium ſeruabatur:ita & atuſpiceſ reſponderunt.dũ ſtatua illa ſeruaretur:fore ut Priamus tutus maneret in regno quod ora culum cum audiſſent græci Diomedeſ & Vlixes ſeruili habitu induti cæſis cuſtodib3 accepere palladium:quod cum ueniſſ3 ad manus Diomedis italiam petentis diuerſiſ agitabatur curis & tempeſtatibus:ueritus ne hoc ageret contra uoluntatẽ pal ladis:dedit operam ut palladium redderetur Aeneæ:quod deī de romam traductum eſt & ſeruat̃ in templo deæ ueſtæ. Fas ẽ .i.licet. neq3 enim ulli palladium uideri præter ueſtali uirgini Qui fata deum.i.decem uiri qui præerant libris ſybillinis ī qui bus fata romana continebantur. Secreta carmina.ſ.ſybillæ cu ius librum:ut inquit Solinus:ad Cornelium uſq3 ſyllam conſu lebant romani pontifices. Et lotam paruo. Qui mos erat quo tiens iratum num̃ placare uellent. Cybelem. Quam de Peſſi monte acciere romani. Almõe.flu.eſt. Et doctus uolucres .i. augures.erat enim romæ collegium augurum. Siniſtras. ſecũ das:quia ſicut Cicero dicit:græcis externis a dextra uenientes aues ſignificãt rẽ aliquã uel ſecũdũ uel ꝓſperã .iõ optant dari a dextra.At uero noſtri optauere darı a ſiniſtra:quia ſæpe bõa ꝓuenere.ſunt aliqui qui dicunt ſiniſtras a ſinendo ꝙ noſ face re ſinant.alii uero ſiniſtra bona dicunt:quia quæ nobis a ſini ſtra ſunt:ī cœlo diis a dextra ſunt. Septemq3 uir. nam ut Ci cero ait ſub perſona Catonis (q̃uiſ alii aliter ſentiãt)Romæ erãt ſacra deæ matris in quibus diebus feſtis nocte epulabantur. erant autem ſeptem numero. Ticii ſodales. dicti ſunt a ticiis auibus:ut inquit uarro quaſ ĩcertis auguriis obſeruare ſolebãt Et ſalius læto. Salii erant duodecim qui ancilia per urbem ge ſtabant canentes hoc carmen.Veterem mamurii memoriam . ſic enim Mamurius faber petierat. Flam̃. Tres flamineſ erant ſcilicet Quirinalis:Dialis:& Martialis.Dialis dicitur iouis ſacer dos.Quirinalis:quirini.i.romuli.Martialis uero Martis.flamen quaſi filamen non enim .licebat ſacerdoti eſſe capite aperto:ſ3

UVA. BHSC. IyR_055

cum ſacrificaret in locis calidis pileum laneum geſtare non po
terat :uirgam cum filo lanæ propter calorem geſtabat. alia ra-
tio:ut etiam aues abirent:quæ ſæpe in uictimarum inteſtina ī
petum faciebant. Dumq3 illi. ſcilicet ſupra memorati ſacerdo
tes. Effuſam. late porrectam. Anfractibus . Ideſt longis cli-
uis. Diſparſos ignes. ideſt ignitum fulmen . Condit. ſcilicet
collectum fulmen. Colligit. Scilicet notato loco:ubi ceciderat
fulmen. Mœſto mur. ideſt ſupplices faciunt . Datq3 nomen
lo. Locus ille bidental appellatur:nam quotiens placare uole
bant bidentes īmolabant. Sacriſque admouet. ideſt ſacrificiū
ioui īmolauit. Lecta. pro electa. Iam funde Bacchum. More
ſacrificantis.nam cu3 ſacerdotes experiri uolebant bona ne ui-
ctima illa eſſet:uinum intra cornua fundebāt:q; ſi uictima īmo
ta ſtetiſſet:diis placebat:ſi uero ſe mouiſſet diſplicebat.Virgili-
us ſecūdo georgicoru3.Et ductuſ cornu ſtabit ſacer hyrcus ad
aram. Obliquo cultro. More ſacrificantis. Molas. mola ideſt
puls fiebat ex ſale & farre. Orno. ideſt unius anni: & hic lini
ebant cultros:& a cauda incipientes uſque ad uerticem uicti-
mæ cultrum ducebant:deinde in iugulo uictimæ ponebant .
Impatienſque diu. Oſtendit non gratam fuiſſe uictimam:quia
non ſtetit aris. Premerent. Quia miniſtris cogentibus tande3
uictima uicta requieuit.Succinti. parati poplite genu depoſito
Nec cruor. ideſt aperto iugulo cruor non uenit ſolitus:ſed ſa-
nies quædam effuſa eſt. Palluit atto. Arons ubi hæc uidit:to
tus expalluit. Feralibus. Letiferis. Ipſe color . Quia pallidus
ſanguis erat inteſtinorum. Tincta notis. ideſt nigris diſtincta
maculis. Infecta. maculata. Liuor. proprie eſt color plumbe
us. Corruit tabe iecur. Arons ſacerdos qui ex etruſcis accituſ
erat:ut interpretaretur prodigia quæ multa diuerſis in locif ap
paruerunt:multa exitia ſignificantia.poſtquam uidit ſangui-
nē in nigrum conuerſum & inteſtina minuſ læta eſſe:ut appa-
ret magnū ſignificari populo romano exitium:cœpit reliqua ī
teſtina reſpicere nunquid prioribus ſimilia eſſent:ſed omnia p

UVA. BHSC. IyR_055

niciem minata ſunt. Iecur madidum. Inteſtina in duas partes diuiſerat: unam partem Pompeio alteram uero cæſari attribuerat. uidit autem partem pompeio: ſpectantem: mœſtam eſſe: partem uero cæſari deſignatam læta3 & exultantem. Madidū putridu3: & hæc pars erat pompei. Venas mi. ho. d. p. u. ideſt de parte cæſaris. nam hoſtis patriæ iudicatus erat qui rubicone tranſiſſet armatus. ergo partes eius minaces erant. Pulmonis anheli: Spiritum reciprocum trahentis & remittentis. Latet. Quaſi trepida. paruuſque ſecat in li. ideſt paruum interuallum uitalia diſtinguit: ſignificat autem clara3 inter ſe cōcurrendi cupiditatem magnam. Vitalia. Quæ ſunt cor: iecur: & iecoris capita. Cor iacet. ſcilicet a parte pompei. Iacet. Demiſſum eſt. Omenta: Omentum membrum multiplex quod continet magnam inteſtinorum partem quibus omnia capiuntur. unde omenta dīr ab omnib3 dandis. ergo penetralia omēti patebant. qa putridū ſanguinē fluebāt. Quodque nefas. ſed etiam euidentius ex inteſtinis bellum futurum apparuit. nam iecinoris pars quæ conſtituta pompeio erat: & quæ cæſari: ita ſe habuerunt: ut altera alteram fugere uideretur. Nefas. ideſt ſceluſ. Impune. ideſt nunquam ſine exitio & pernicie. Capiti. ſcilicet iecinoris. nam ακρηπατον græce dicitur caput iecinoris & ſummum & extremum: dicit ergo caput unum quod erat cæſaris inſurrexiſſe: quaſi uellet cum aliis fibris concurrēre Alterius capitis. ſcilicet ceſaris. Pars ægra. ſcilicet pompei. Marcida. putrida. Micat. Emicat. cæſaris pars. Et celeri uenas. m. i. p. ſcilicet pars cæſaris palpitabat: quare adhuc uiueret. His ubi ꝛc. Aruſpex ubi tam manifeſta ſigna uidit in exclamatnōem prorupit: dicens o ſuperi tanta: ne mala apparēt: ut uix oratione mea explicari poſſint. His. ſcilicet ſignis quæ in extis uiderat. Concepit. Animo & mente comprehendit. Vix fas. i. uix licet. Litaui. Recte dixit. nam inter ſacrificare & litare magna eſt differentia. omnes ſacrificant: pauci uero li

UVA. BHSC. IyR_055

tant:litare eſt ſacrificia diis facere.ergo non grata tibi iuppiter ſacrificaui:ſed Plutoni. Cæſique. ꝑ ſed copulatiua aduerſatiua. Non fanda. non dicenda:adeo deteſtabilia mihi ſacrificantur:ut non fari quidē mihi liceat . Sed ueniēt maiora metu. magnus quidem metus eſt malorum inſtantium:ſed mala ipſa maiora erūt. Maio:me. ideſt maiora q̄ timeamus. Dii uiſa ſecun . O utinam dii inquit faciant uiſa:quæ tanta mala ꝑtendunt ſint minus infeſta q̄ apparent futura. Et fibris ſit mihi. Et etiam mala falſa utinam ſint:quæ fibræ demonſtrat. Cō di.artis. ideſt auctor. Artis. ſcilicet aruſpicinæ. Finxerit iſta. non uera docuerit: ſed falſa finxerit de Tage ita legitur apud Ciceronem libro de diuinatōne. Tages cuidam dicitur in agro tarquinenſi qui araret ſtatim apparuiſſe & uiſus eſſe in ſpecie puerili:ſed ſenili:prudentia adeius conſpectum attonitum fuiſſe qui arabat:& clamorem magnum edidiſſe:& undique concurriſſe breui temporis ſpacio totam pene etruriam . Tum ille multis audientibus plena uerba mandauit:& quæ de auruſpicina tradduntur mandaſſe dicitur fertur . poſtea uero creuiſſe legendis:& ad ea prima referendis. Flexa. implicata obſcura. Ambage. circuitōne uerborum. At figulus . ſed ex altera parte aderat aſtrologus peritiſſimus qui prodigia explicaret:quæ in cœlo apparuiſſent:hic nomine figulus dictus eſt . Noſce de. ideſt archana deorum quæ curſibus ſtellarum ſignificantur. Aegyptia memphis. ideſt qui habitant apud memphim ciuitatem ægypti.ægyptios autem ſcimus aſtrologiæ peritiſſimos fuiſſe.dicit ergo nullum ægyptium parem eſſe huic figulo. Numeris. ideſt properatōnibus quibus mouētur aſtra Nam aſtra modulatōnem quandam cum acrimonia faciūt cū mouentur:ſicut Cicero dicit in libro de diuinatōne. Aut hic erat ait. ſenſus eſt:aut inquit temere omnia reguntur:aut diuina prouidentia gubernantur.ſi temere reguntur omnia: nihil eſt quod metuamus:ſed ſi gubernantur diuina prouidentia gubernantur:exitium magnum & pernicies properatur urbi noſtræ:& conſequenter toti orbi terrarum:ſed tolle alterum: ſeq.

UVA. BHSC. IyR_055

tur ueritas alterius:non autem temere reguntur:sed diuina p uidentia gubernantur:ergo malum ingens instat. Errat. fertur sine ullo dei regimine. Aeuum. sæculum. Lege. sine dei prouidentia. incerto motu. idest passim pro ut casus tulerit. Aut si fata mo. idest si numina & deorum uoluntates. Mouẽt Scilicet cælum. Vrbi. scilicet romæ. Generi hu. per conseqns generi humano,nam urbs imperium tenebat. Lues. exitium pernicies. Dehiscent. aperientur: & subita uoragine cuncta sorbebit. Subsident urbes. nunquid inquit hiatu terræ sorbebitur urbs:ut ad baratrum genus humanum descendat. An tollet fer. Aut inquit inficietur aer & omne genus animantium peribit. Temperiem. Clementiam cœli & aeris. Segetes tellus. etiam si semina terræ mandaueris fidem non seruabit agricolis.terra enim fidelis est cum seminibus acceptis reddit multiplicia. An effusus.m.u.u. an inquit corrumpentur fontes & amnes:ut qui ex his hauserint ueneno pereant extra multorũ tempus:i.multi peribunt eodem tempore. Ex tem. idest mõs Conuenere dies.s.s.s. pergit nunc per duodecim signa zodiaci & uniuscuiusq3 signi domum inuit.ostendit autem signa suasq3 domos deseruisse:& cœlũ marti reliqsse:ut ex eo appareat magnũ futurꝫ bellũ. Si frigida cœ. Saturni dom9 ẽ capricõn9 & aq̃ri9.dicit g̃ si saturnus ĩ domo sua aq̃rio icẽderet ẽẽt diluui u3:s3 ñ ita ẽ. Frigida. nã Satn9 friget:& iõ cætis plãetis tardiõ ẽ.vñ & gradũ unũ.xxx.ãnis pficit. Nigros.sa.i.v3 in domo sua aq̃rio icẽderet & ignes cũ illo cõmixti nigrũ facerẽt. Deuca.fu. aq̃.diluuiũ quo terræ iundãt.deucaliõeos ãt dicit q̃a tẽpor deucaliõis diluuiũ fuit:s3 ñ uniuersale.nã secũdũ historicos thessaliã ferme oẽ3 iundauit. Diffu.æquo. iundãti mari. Si se.rad. dom9 solis & lunæ sũt cãcer & leo:q; si sol ĩ domo sua leonẽ ac cẽderet:significaret oĩa flãmis pitura ẽẽ. Ne.leo.i.ĩ nemea silua natũ & hoc secũdũ fabulã:molorc9 ĩ nemea silua hitabat ĩ hac igẽtis formæ leo erat:q molorchi filiũ deuorauit:& cũ hercules hac iter hñret sustept9 ẽ ab eo:& cum ex eo de statu suo q̃reret hercules dixit se fortunatum:si modo cum filio uiueret: quẽ leo deuorauerat:qd̃ ubi sciuit hercules ad ãtrũ leõis pue,

UVA. BHSC. IyR_055

nit:& faucibus comprehendit leonem:& indiuerſas partes occidit:deinde miſeratõne deorum leo conuerſus eſt in ſignum unum ex.xii.zodiaci & in victoriæ ſignum:leonis corium humero ſiniſtro geſtabat. Premeres. Leonem incenderes. Flagraſſent. Arſiſſent. hi ceſſant ignes. Quia nihil tale minantur ſidera. Tu qui flagrantem.Martis autem domus eſt Aries & Scorpio:nunc dicit totum ſcorpionem cum Libra occupaſſe ita ut incenſo ſcorpione bellum ſignificet.nam ſicut Mars totum cœlum occupauit:ita & bellum uniuerſo orbi futurum apparet. Scorpion. Accuſatiuus eſt græcus. Caudã. Videtis enĩ ſcorpionem cauda ferire & letiferum uulnus inferre. Chelis. ipſius ſcorpionis quæ libram efficiunt.ergo ſcorpio occupauit etiam libram:quæ domus eſt Mercurii. Tantum. ſcilicet malorum. Gradiue. Erant autem duo templa martis: unum ĩ urbe & appellabatur quirini martis:quod pacem ſignificabat.Alterum extra urbem quod dicebatur gradiuus mars:quod bellum ſignificabat gradiuus dictus a gradiendo. Nam mittis ab alto. Iuppiter relicta domo ſua:& Piſce:& Sagittario: in occaſu conſtiterat:& ſe ueneri coniunxerat.ergo quoniam ſidera p̃ter naturam per cœlum feruntur:ſignificat aliquod magnum malum urbi inſtare. Cylenius. ideſt tardatur mercurius præter naturam.nam ipſe mercurii curſuſ cæteris celerior eſt:præter lunam.Nam ſaturnus triginta annis curſum ſuum perficit Iuppiter ſeptem:Mars tribus.Sol uno anno.Solem mercurius ſequitur & Venus:Luna uero uno menſe.dicit ergo celerem eſſe Mercurium comparatõne Iouis:Saturni:Martis ꝛc. Cyleniꝰ. mercurius a cylenio monte Archadiæ in quo colitur. Et cœlum mars. & ita ſequitur q̃ cum cætera ſigna relictis domibus ſuis ĩ extremitate ſteterit:& uacuum cœlũ relictũſit mrati:& p cõſeq̃ns bellũ toto terrarꝫ orbi futurumꝫ ſit. Obſcura fer.i.cũ nec luna patiat eclypſim:nec ſol ſecũdũ rõem:ſi repẽte obſcurata ſint. Enſiferi ful. oriõ. oriõ Venatõ fuit & auſus ẽ Dia

UVA. BHSC. IyR_055

nã de ſtupro compellare. Diana uero indignata ſcorpionẽm in eum miſit qui eum ueneno conſumpſit: qui mortuus poſtea ĩ ſignum cœleſte tranſlatus eſt: quod in ortu ſuo bellum ſignifi cat. Enſiferi. Chriſao apud græcos : quare aureum enſem fe rens. Latus. Quia lateri accomodauerat enſem. Rabies. Fu ror. Ius. Diuinum & humanum. Scelerique nefando . Quia uiolentia appellabitur fortitudo. Nã Cæſar qui per uim oĩa agebat fortis appellabatur. unde Seneca in hercule furente: ꝑ ſperum ac fœlix ſcelus uirtus proſperum appellabatur: ſum ptibus parent boni. Sceleri. ſcilicet impietati & uiolentiæ . Multoſque: ideſt magnus & diuturnus erit hic furor. Vt ſupe ros quid. p. p. f. Primo furor erit ingens inter ciues: nec ſolum ĩter ciueſ: ſed ĩter cognatoſ. deĩde diuturnus: ꝙa multi interfue re anni uſque ad extremum bellum: quod Auguſtuſ geſſit cuꝫ Antonio & cleopatra: deinde finis eiuſmodi erit: ut ſacius fue rit non finiri bellum: q̃ finiri. nam exitu ciuiliſ belli ſeruit? erit quia cæſar omnia tenebit. ergo quid eſt quod ſuperos oremus ut finiant ciuile bellum: quando finis belli deterior futurus eſt ipſo bello. Finem. Belli ciuilis. Cum domino pax iſta uenit . ergo ſerui erunt romani. nam dominus & ſeruus correlatiua ſunt. Duc roma. m. c. ſ. Nunc apoſtrophat ad urbem Romaꝫ noli inquit quærere finem belli: quia tam diu libertas durabit: q̃ diu etiam bellum durabit. Duc. protrahe: Continuam ſeri em. ideſt continuum ordinem ſine intermiſſione. Extrahe. ꝑ lata. Terruerãt ſatis. Hæc quidẽ quæ tuſcus uates prædixerat & Figulus aſtrologus uaticinatus fuerat ſatis trepidam ciuita tem reddiderãt: ſed acceſſit etiam quod ſequitur. uidelicet quæ dam matrona furens per urbem: quæ uerbis non explicatis exitium belli prædixit: & mortem Pompei qui apud ægyptum a ptholomæo iuſſus eſt occidi: & etiã filios pompei. ſcilicet. Cn. & Sextum: & etiam tetigit bellum inter Antonium & Auguſtũ ex una: & ex altera ꝑte brutũ: nec ꝑtermiſit bellũ qđ ĩter augu ſtũ ex una: & ãtoniũ & Cleopatrã ex alt̃a: ꝑdixit & mõtẽ cæ. q

UVA. BHSC. IyR_055

ĩ ſenatũ a Brũto & Caſſio, xxiiii. Alii, xxxv. uulneribus occiſus eſt. Hæc, ſupradicta ab Aronte & figulo. Premunt. Opprimũt. nam qualis uertice pĩdi. dicit non aliter per urbẽ debac chatam matronam hanc: q̃ ſolet in monte thebano furere Menus, i. Bacchi ſacerdos orgia Bacchi celebrans. Pindi. pindus mos eſt theſſaliæ: ubi orgia Bacchi mulieres frequẽter celebrare ſolebant: quæ mulieres menades dicuntur, απο του μαινομαι, i. ab inſaniendo. Edonis, i. treiſſa mulier. nam græcũ ẽ Edon autem mons eſt thraciæ. deinde patronimicũ maſculini generis edonides formatur ex patronimico fœ. fit remota de: ut edonis dis. Ogigio lieo. Baccho thebano. nam bacchus filius iouis fuit: & Semeles quæ filia Cadmi fuit: cuius amore captus iuppiter cum iam grauidam feciſſet: indignata Iuno in formam nutricis eius apparuit: & ex ea quærere cœpit. nunqd uere a ioue amaret. illa reſpõdit ſe amari: utpote q̃a plerunq3 ad ſe deſcenderet. tum illa uide quid agas. non enim ſemp uerum fuit: quod puellæ crediderunt ſe cum ioue concubere: ſ3 iuuenes ſunt mortales: ſed ſi uis me ſcire te amet: an non: cum ad te deſcenderit: quærito ut talis tecum coeat: qualis cum iunone coit: quibus petitis cum negare non poterat iuppiter. nam per ſtigiam paludem iurauerat cum ea fulmine & fulgure coiuit illa cum calorem ferre non poſſet: cum tota domo flagrata eſt. Iuppiter autem Bacchum iam conceptum fœmori ſuo iunxit uſq3 ad partus tempus eu3 portauit. hinc ẽ q̃ appellatur ogiges q̃ geminis partus natus ſit. ſ. ex uentre mris Semeles: & ex fœmore pris iouis. Ogigio. ogiges prim? thebanorum rex fuit poſt Cadmum. ergo a rege Bacchum ogigium appellauit. Prodens. manifeſtans. Vrgentem. premẽtem. nam plena erat numine phœbi qui cogebat iam mala futuri prodere. O pean. Pean proprie laus eſt Apollinis: hymnum aute3 pro ipſo deo poſuit. Qua me ſuper æquora. ſic. n. exiſtimabat ſe ab Apolline ſup æthera raptã fuiſſe. deĩde ĩ terrã conſtitutã. Video pangea. Video ĩqt theſſaliã q̃ ibi põpei? magna pugna a cæſar uictus fuerit. ergo dicit ſe uidẽ locũ cõ

UVA. BHSC. IyR_055

currerunt. Pangea . Montes sunt thessaliæ . Cana iugis. qa semper niuibus teguntur. Hemi. hemus mõs ẽ thessaliæ. Latos philip. longe lateq3 porrectos cãpi philippici appellati sũt a Philippo rege macedoniæ. Quis furor est.s.quẽ uideo p thessaliam. Quo stella manusque .i.ad quid:nam sibi uidere uidebatur romanas acies cõserturas esse. Bellumq3 si. Quia ciuile bellum. Quo diuersa feror. statĩ se a philippicis cãpis rapi & ĩ ægyptum firmari existimabat . Primos me.du.in or. nam in oriente est ægyptus. Qua mare lag. ea parte qua nilus ĩ maꝛ influit:& maris undas mutat:nam nilus mare ingrediens sua magnitudine aquas confundit:ita ut alium colorem tribuat. Lagei. ægyptii:nam ptholomæus lagi filius unus ex principibus alexandri fuit:qui post alexandrum ĩperauit a quo omnes ægyptii reges ptholomæi sunt appellati. Hunc ego fluminea Et dicit causam cur phœbus se in ægyptum rapuerit:ut prædicent morrem pompei qui postq̃ in thessalia uictus fuit ac diu cogitaret:quid faceret tandem petiit ægyptum:ubi ptholomæus regnabat:cuius patrem aliquando in regnum redduxerat. sed ubi ptholomæus audiuit pompeium acie pharsalica uictu3 cõsilio Achillæ cliẽtũ & Photini censuit occidendũ:quo facto ĩ gr̃a cum cæsare rediret:& ita factum est ut patet in ualerio li. primo ca.de ꝑdigiis. Fulminea harena.i.harena nili flu . Deformis trũcus. qa sine capite.nã Achillas & Photinus cu3 põpeiũ ĩ naue ꝑtoria recepissent:absciso capite truncum in mari ægyptio deiecerunt.caput uero cæsari miserunt. Dubiam sup æquora syr. & cursus in alias regiones transfert.s.ĩ Libyã ubi bellũ ciuile gestũ ẽ :cũ Cato collegisset reliquias exercitus post põpeiũ ĩterfectũ:ad Iubã Numidiæ regẽ se cõtulit q̃ postea cu3 Vticæ a Cæ.obsideret̃:se ip̃3 ĩterfecit:q̃ cato uticẽsis ẽ appellat9 Dubiã. q̃a loca illa aliq̃ uidẽt̃ aquã multã hr̃e:ita vt naues sustineant.deinde subito aresc̃unt:& in sicco relinquunt naues. Arentemque.f.ly. Quia maxime aquæ penuria laborat libya. Quo trierinis.e.l. Et quæ acies pompei in Thessalia uictæ translatæ sunt in Aphrica3 ab ipso Catone. Nũc desup alpes.

UVA. BHSC. IyR_055

& iam hinc trahitur in hiſpaniam. Nam ibi Cneus & Sextus filii pompei ingentem exercitum cōparūt:& ibi etiam erat Scipio:qui poſt mortē Iuliæ ſocer fuerat pompei:ibi etiam Labienus qui rei militaris peritus erat & multa præclara ī gallia cū cæſare geſſerat:ibi ergo bellū geſtum fuit:adeo ut cæſar:ſicut in hiſtoria legitur uenenum haurire cogitauerit.nam ut oſtendit Plutarcus:q̄uis adhuc adoleſcētes eſſent filii pōpei:dignas tam imperio uires & audaciam oſtentabant:ita ut extremū cæſari diſcrimen intentarint:magnum prœlium ad Vrbem Mundam commiſſum eſt.in quo cum cæſar ſuos ægre impetuq̄ ſuſtinere cerneret per medias armatorum acies diſcurrens:elato clamore:ſi nihil inquit ſudoris ſupereſt:corripite me & in puerorum manus traddite:magna uis promtitudine & animi audacia repulſis hoſtibus triginta eorum cecidit:ex ſuis mille fortiſſimos āmittens:poſt prœlium excedens ad familiares cōuerſus ſæpenumero pro uictoria inquit:nūc aūt ꝓ uita dimicaui. Nubiferæ colles. Trans alpes:quæ altitudine ſua tendunt uſque ad nubes. Aeream pyrenem. mons eſt hiſpaniæ ad queꝫ ſicut Liuius in tertia decade ſcribit hannibal peruenit:cum primum italiam uenit. Patriæ ſedes.r.i.u. & ſtatim uiſa eſt ſe reduci romam:ubi ſe uidere uidebatur cæſarem in ſenatu a Bruto & Caſſio confodi. Conſurgunt partes iterum . Nam Marcꝰ Antonius cadauer cæſaris in forum contulit:& oratōem habuit qua per commiſeratōnem mouit plebem contra Brutum & Caſſium. Totumque per orbem. Quia bella geſta ſunt uſque in ægyptum. Rurſus eo. Quia uideo bellum inter Antonium & Cleopatram ex una:& Octauianū ex altera:quos uicit apd̄ acciacū promontoriū. Littora ponti. Quia exiſtimat ſe iterum rapi ad campos philippicos.ideo noli me illuc reducere. Nam ipſos iam pridem uidi:ſed potius me reduc uſque in pontū regnum Mitridatis:q̄ iterum ad cāpos philippicos. Et lapſo id.f. ſic eniī fieri ſolet:ut cū aliquis afflatus fuerit recedente ſpiritu relinquatur exanimis .

UVA. BHSC. IyR_055

Incipit Secundus Lucani.

IAmq3 iræ patuere deum ꝛc.Incipit Secund9 liber in cuius principio agitur quomõ Romani mãifeſta certaq3 ſigna belli uidere:magno dolore affecti ſũt & oẽs quærebãt quõ deos placaꝛ poſſent: q̃q̃ adeo irati erãt:ut nullis precib9 moueri potuerint. Sed Poeta ad deũ apoſtrophat quærẽs qd nã ita uoluerit hoĩes preſcire inſtantia mala:quibus ꝓuideri non poſſit.Nã ſicut etiã Cicero dicit:preſciẽtia malorꝝ inutilis eſt cui ꝓuideri nõ poteſt:deinde dicit hoc eueniſſe:aut caſu:aut uolũtate fatorꝝ. Patuere.aptæ ſũt ſignis & ꝓdigiis:quæ terra cœlo mariq3 apparuere. Mũdus .i.cœlus nã ut ſupra dictũ multa ſigna numerauit:quæ figulus uiderat. Leges. cõſtitutiones. Fœdera reꝝ .i.cõcordiã: ut uerbi cã mutata eſt lex reꝝ:tũc cũ bos pepit uitulũ capite humano: & ecõuerſo:mulier infantẽ capite elephãtino. Preſcia mõſtrifero. naturale ẽ ut ex uulneꝛ ſequatur ſanguis:ſed ex uulnere uictimæ nõ uenit ſãguis: g̃ nata dedit hoc: quæ multorũ futurorꝝ p̃ſcia erat. Tumultu. ꝓturbatiõe. Indixitq3 nephas. uerbũ fetialiu3 eſt qui preſunt fœderib9 faciẽdiſ:hi enim cõſulto populi Ro.cũ qbus uolebãt pacẽ iũgebãt: bellũq3 cũ qbus uolebãt indicebãt & indicere eſt bellum denũtiare: Indixit. denũtiauit. Nefas. q̃ Romani ĩter ſe bella geſturi eſſent:nã nefas appellat ciuile bellum:quod inter cognatos & ꝓpentes geſtũ eſt. Cur hãc. apoſtrophat Poeta ad Iouẽ quærens cur hoĩes in ſpe tenere noluerit: inquit o Iuppiter cur mala ita apta eſſe uoluiſti ut ſperare non poſſent Romani meliora fore? Olympi. cœli. Addere. augere. Vẽturas da. inſtãtia mala. Per oĩa. per prodigia ſcæua quæ ex deorꝝ ira ꝓcedũt. Siue parẽs reꝝ. quaſi cõqueritur de deo ſiue natura:quæ nõ occuluerit mala:ut interim hoĩes ſpare poſſent nã ſpes incerta eſt paſſio:ſed tu ſpe remota : certa ſigna futuri mali dediſti: eſt aũt ordo:quodcũq3 paras ſit ſubitũ & mens ſit cæca: ſiue parẽs reꝝ finxerit cauſas ꝛc.Senſus eſt ſiue oĩa diuina prouidentia regũtur:ſiue omnia quaſi fortuitu trahũtur:nõ debueras manifeſta ſigna hominib9 dare:quid futurꝝ eſſ&: ſed

d

UVA. BHSC. IyR_055

incertos tenẽ: ut ſaltẽ ſpare poſſẽt. Parẽs rex, ſiue natã natu-
rãs ſiue de⁹: nõ. n. differũt re: ſed noĩe dei. n. ex nihilo fecere ali-
quid. Cũ primũ infor. re. ſignificat eũ primũ chaos de rex om-
niũ materia fuit & eã diſtinxit deus. Informia. ſine forma: qa
oĩa permixta erãt & cõfuſa nec elemẽtũ alter ab altero diſcerne
batur. Materiãq3 rudẽ. declarat informia regna. q3. pro. i. Flã-
ma cedẽte. pro recedẽte. qa primo diſtinxit ignẽ ab aqua. terra
& aere: quo facto ſtatim lux apparuit. Nã ignis qa leuiuſ eſt ele
mẽtũ aereã regionẽ petiit: ſed terra qa grauior ẽ in firmamẽto
pſiſtit: circa quã eſt aqua qa leuior eſt terra: Aer uero qa leuior
eſt aqua: ſupior exiſtit: at uero ignis omniũ leuiſſim⁹ regionem
aereã petiit. Finxit in æternũ cauſas. i. fata rebus cõſtituit: quæ
præteriri non poſſint: nã fatũ nihil aliud eſt q̃ ſeries cauſarum.
Fatũ aũt ſecũdũ Boetiũ libro quarto de cõſolatiõe: eſt inhærẽs
rebus mobilib⁹ diſpoſitio: per quã ꝓuidẽtia ſuis quæque nectit
ordinib⁹. Se quoq3 lege tenẽs. quia legẽ etiã ſibiipſi fatũ impo
ſuit ut q̃quid ſemel ſtatuerit illud mutari nõ poſſit. Et ſæcula
ius. fer. ſecũdũ Stoicos qa oĩa fatis regi dicũt. g̃ diuina ꝓuiden
tia. Limite firmo. termino fatox. Siue nihil poſitũ. i. firmatũ &
ſtatutũ diuina prouidetia: hoc aũt dicit ſecũdũ Epicureos: qui
oĩa caſu & fortuna regi dicũt. Fertq3 refert uices. quia mõ hoc
agit mõ illud. Vices. res hominũ. Et habẽt mor. ca. i. ſunt ſub
iecta ſub fortunæ ptãte. Sit ſubitũ. i. ĩprouiſũ. Liceat ſpa. tim.
ideo uelim ignarã eſſe mentem futurox malox: ut ſaltem ſpe3
habere poſſit. Ergo ubi. Poſtq̃ ita apoſtrophauit ad Iouẽ quæ-
rens: cur ſigna ita certa eſſe uoluerit: nũc ad ꝓpoſitum reddit:
Poſtq̃ inqt iam certum erat fore bellũ Romani magna ex parte
pabant deoſ placare & ſubito iuriſdictio interdicta eſt: & mœſti
omnes ueſtes lugubres induerũt: & oĩa honoris inſignia depo-
ſuerũt. Quantis cladibus. q̃tis exitiis. Cõſtatura fides. v3 certi
tudo deox magna clade conſtatura ſit. Ferale. letifex: nam iu
ſtitium dicebatur quotiens trepidatio aliqua erat in urbe: unde
iuſtitium quaſi iuris ſtatio: & eſt uerbũ iuris ciuilis. Omnis ho
nor. v3 ædilis cenſor prætor cõſul & cæteri magiſtrat⁹. Plebeio

UVA. BHSC. IyR_055

amictu. v3 toga aut ſaga ueſte militari. Nullos fas.i.nullos honores:faſces autem proprie inſignia cõſulum ſunt: ſed ꝑ omni magiſtratu poſuit. Tunc tenuere.ſ.q.ſ. in mente ſua:quia tãtus dolor erat ut uocem emittere non poſſent. Virgilius. Et uox faucibus hæſit. Magnuſq3 per omnes ⁊c. declarat quomodo queſtus ſuos tenuere:quia prenimio dolore uox premebatur. Sic funere. primo per ſimilem oſtẽdit quomodo queſtus ſuos tenuerint quẽadmodum fieri ſolet cum aliquis moritur: & deſperatur iam de eius uita:primo quidem domeſtici tacent prenimio dolore:deinde ubi iam ſpiritu3 emiſerit omnes una uoce clamant. Primo funere. cum primum ſpiritum emiſerit. Domus .i.domeſtici. Conclamata iacent. ſecũdũ conſuetudine3 antiquorum locutus eſt:quia ſpiritus uitalis excluſus homines plerũq3 fallebat mortuos callida aqua lauare ſolebant: & ꝑ interualla cõclamare:nam cum uidebant eum interlauandũ non moueri:cõclamabat unus dicens.ha.ha.he.he.deinde uentre3 ite3 lauabãt:& iterũ cõclamabãt:poſtremo ueniebãt ad uitalia & ubi uidebãt ſpiritum penitus abiiſſe: tũ demũ omnes concla mabant. Nec mĩ.c.ſ. ideſt nundũ iubet præficas uenire quæ more Romano fierent mortuos: præficæ dicũtur mulieres quæ precio cõducuntur in funere deplorãdo. Exigit. poſtulat. Ad fæuos fa.bra.pla. ideſt palpitat explorans nũqd uiuat. Rigentia: frigida. Fugerit uita. ideſt anima. Vultus exaĩes. v3 nũquid aliquis ex ore ſpiritus reddatur. Occulos ĩmor.mi. ideſt mitãtes & quaſi labẽtes ſicut morientes faciunt. Nec dum ille dolor. ideſt nũdum extat & apparet: dũ adhuc ſpes aliqua ſupereſt:nam mater neſcit quid faciat & prenimio dolore ei uox intercluſa eſt: Mirantur ma. ideſt obſtupefacta eſt. Cult9 ma. pri. ita quidem depoſuere inſignia magiſtratus: ſed matronæ quoq3 ueſtes exuerũt: & lugubria indumenta accepere: & per templa diuiſæ ſunt. Prioris cultus. quibus in pace utebantur Heæ lac.ſp.deos. ideſt aliæ ĩpleuere lachrymis ſimulacra deorum. In limine ſacro. ideſt ueſtibulo templi. Fudere. ſpſere comas more mœſtarum. Aſſuetas.uo.uotis. quia uotis deos

UVA. BHSC. IyR_055

uocare ſolebāt. Vlulatibus. clamoribus. Diuiſere deos. ideſt deorū templa:quia aliæ alia templa petiere. Et nullis dex. qa matres magis timent filiis ſuis. Quarum una madentes. Proſequitur dicens unā ex illis matronis:quæ cæteris nobilior erat adhortatam fuiſſe alias:ut nunc lachrymis: nunc planctu miſerias ſuas flerent:quando poteſtas eſſet flendi: nā cū alter ducū uicerit:& ſi dolor magn⁹ nobis erit:tamē lætitia erit ſimulāda. Quaꝝ. matronarum quæ in templis erant. Madenteſ ſciſſa genas. ideſt habens ſciſſas genas:eſt enim ſynedoche. Sciſſa. laniata. Liuentes lacertos. ideſt liuidos quod fit ex nimio planctu:nam mos erat lacertos nudos pcutere. Matres .ſ. familias Laniatæ. laceratæ. Nunc. quia nunc tempus eſt: ut oēs nr̄as miſerias lugeamus. Neue hunc differte dolo. quia incertū iaꝫ enim certa ſunt ſigna mali futuri. Nec ſūmis ſeruate malis .i. nec ſeruate ad extrema mala:nam cum alter ducum victoriam obtinuerit:retinēdus erit luctus.& ſimulanda lætitia: ergo nūc cum licet lugeam⁹. Flere. pro flendi facultas: & eſt cōſtructio græca. Pendet fortuna. i.dum incertum eſt uter uincat. Gaudendum eſt. ideſt ſimulanda lætitia etiam ſi dolore pectora noſtra afficiētur. His.ſe.ſti.do.ipſe. ſicut inter ſe cōquerebantur mulieres & primariæ in primis.At uero nec ipſi uiri aliter affecti erant:cum diuerſos duces ſequi cogerentur:ſibi enim ipſis in memoriā reducebantur bella elapſa:& antiqua.ſ.marii & Syllæ & cōpatōe illoꝝ hæc inſtantia mala illis deteriora eſſe dicebāt. His ſtimulis. ideſt his adhortatōibus ad luctum. Dolor. ideſt dolentes mulieres. Nec non. pro ſimiliter ſicut matronæ. Diuerſa caſtra. quia alii Cæſarem:alii Pompeium ſecuturi erant. Iuſtas querelas. quia iuſte conquerebantur de ſæuitia deorum & ſecūdū Epicureos locutus eſt: qui nullam curam rerum humanaꝝ deos habere uolebant . O miſerrimæ ſortis. o miſeræ conditionis q̄ non nati ſumus punico bello: quo tempore duo exercitus cæſi ſunt apud Cānas:ac ſi.d.ſatius fuiſſ& q̄ piſſem⁹ q̄ ad hæc mala ſeruati eſſemus. Punica tempora cānarū. cum Hānibal tranſiuit in Italiā:cāne aꝝ.uicus erat Apuliæ ignobilis

UVA. BHSC. IyR_055

ſed clade romana poſtea nobiliſſim9 factus:& duoꝝ ducũ alter occiſus eſt.ſ. Paulus æmili9.alter uero.ſ.Terẽti9 Varro fugit:& incertũ fuit:uter magis ꝑbaretur: nã æmilio cæſo exercitui ſupereſſe uoluiſſe cõſtat:ut eſt apud Valeriũ li.primo.capit.prio. At uero Terẽtiũ ut creditũ eſt nõ deſpaſſe:ut apud Valeriũ lib. tertio.cap.quarto legitur. Trebiæ iuuẽt9. nã prima clades Romanorũ fuit apud Ticinũ flu.Secũda ad Trebiã. Tertia ad lacũ Trãſimenũ.Quarta ad cãnas.nã apud Ticinuꝫ exercit9 Ro.prio fuſus eſt ab Hãnibale:& dux Ro.ſ.Scipio ſauciat9 fuit:capt9qꝫ etiã fuiſſ&:niſi a filio ſuo ꝙ poſtea a deuicta Africa africanuſ eſt appellat9 liberat9 fuiſſ&:huic bello Trebiũ ſucceſſit: haud procul a Placẽtia ibi milites ſuos igne oleoqꝫ fouit Hãnibal: & homines ab Africa calida regiõe Romãos in ſua hyeme duce ſempronio uicerũt:dicit ĝ ſe uelle fuiſſe ex his ꝙ apud Trebiam ab Hãnibale cæſi ſunt. Nõ pacẽ. nũc dicit cõditionẽ ſuã miſeram eſſe:alii inqt pacẽ optarũt:nos uero bellũ undiqꝫ iferri:nã pace ciuilia bella excitãtur: at uero cũ bellum inſtat.romani relictis bellis ciuilib9 ſũptis armis ſe defendũt:huc igitur maloꝝ ꝓuecti ſum9 ut meli9 ſit optare bellũ:q̃ pacem. Date gẽtib9 iras. optat ut ab oĩbus ꝑtib9 orbis terraꝝ bellũ urbi romanæ inferat ſicut.n.ciuilẽ diſcordiã ſe dari poſſe dicit:nã cũ bellũ cõmune ẽ ſtatim diſcordia & ſimultates inter ciues deponũtur. Vrbes ſe. cũ ꝙb9 nũq̃ bellũ fuit. Achameniis ſuſis: Suſa nobiliſſimũ eſt Perſidis oppidũ:in quo(ut docet Solin9)tẽplũ fuit Suſæ Dianæ & autore Strabone libro.xv.fere Suſia Perſiæ ps eſt inter eã: & Babyloniã poſita:& Suſa urbẽ clariſſimã hab&: nã Perſæ & Cyrus ſupatis medis cũ ꝓpriã terrã in ultimis ſitã uidẽtur:Suſiaꝫ uero interi9 & Babyloniæ & aliis gẽtib9 propinquã in ea impii ſedẽ locaueĩt:ſimul & regiõis cõfiniũ oſtẽdẽtes. Suſa a tithono cõdita dicũtur:Mẽnonis pre.Suſii etiã Caſſii ſũt appellati: Naꝫ Eſchyl9 Mẽnonis matrẽ Caſſiã uocat. Vrbis mœnia & tẽpla & regiæ ſtructura erãt babylonicis ſimilia:& coctili latere & bitumĩe:ut qdã ediderũt. A ſuſis uſqꝫ perſopolim ſtadioꝝ quatuor milliuꝫ &.cc.atqꝫ hĩc uſqꝫ i Carmaniæ fines ſũt mille & ſexcẽta

UVA. BHSC. IyR_055

nationes incolũt regionẽ quæ patiſchores appellãtur. Itẽ magi q̃ hõeſtũ quoddã uiuẽdi gen⁹ ſectãtur: & Achemenidæ: de qb⁹ lo q̃tur Lucan⁹: ex India ruertẽtes ab Azanio carmaniæ flumĩe ſeptẽtriones primũ uidẽt: Achemenidis in hoc tractu ſedes fuerũt: autore Solino. cap. lxvii. Inter carmaniæ ꝓmõtoriũ & Arabiã q̃nquaginta millia paſſuũ interiacẽt. Medica. i. mediæ ꝓuintiæ: Media ut inq̃t Solin⁹. ca. lxix. ab occaſu trãſuerſa utraq3 Parthiæ regna ãplectitur: a Septẽtriõe Armenia circũdatur: ab ortu caſpios uidet: a meridie perſidẽ: deinde tract⁹ hic procedit uſq3 ad caſtellũ: quod magi obtinẽt phydaſarciola noĩe: hic cyri ſepulchrũ. Hiſter. Flu. hiſtriæ. Maſſagetem. Maſſagetæ aſiæ populi: tãtũmodo ut refert Strabo libro. xi. ſolẽ deũ putãt: atq3 illi equũ mactãt: ſinguli ſingulas uxores ducũt: ũtũtur etiã uxoribꝰ alioꝝ: idq3 haud occulte ⁊c. Scythic⁹ hiſter. nã ut eode3 libro ĩq̃t Strabo ad dexterã nauigãti Europæ cõtinui ſũt ſcythæ atq3 Sarmatæ ⁊c. Alliget. teneat quo min⁹ ueniãt in Italiam. Sueuos. populi ſunt galliæ cõtra quos mag̃ ꝑiculo bellũ geſſit Cæſar. Flauos. iõ flauos q̃a flauos ꝑ colla crines geſtãt: & ex Gallia ſũt q̃ comata dr̃. Albis. flu. ẽ i ſueuis & fluuiũ ꝓ regiõe poſuit. Indomitũ. q̃a bellicoſiſſimi ſũt populi. Oĩbus hoſtes. & ut ſũmatim dicã hoc p̃ſtate ut oĩs terraꝝ orbis bellũ inferat: mõ ciuile bellũ auertatis. Auertite. remouete: nã cũ romani ſe uiderint undiq3 ab hoſtib⁹ p̃mi: depoſitiſ ſimultatib⁹ ſe defẽdẽt Dac⁹. popul⁹. Hinc. ab hac ꝑte. Getes. populi: quos uulgo gothos appellam⁹. Occurrat hib. alter .ſ. Cæſar & bñ ꝓuintiã hiſpaniæ ei dat: q̃ galliæ cæſar p̃fuerat & ex ea uictor redierat. Ad eos hic uertat .i. pompeius & ſuã quoq3 Põpeio ꝓuintiam dat q̃ hic aliquãdo de oriẽtalib⁹ triũphauit quo tp̃re Mitridatẽ & tigrãnẽ ſupauit. Pharetratas. q̃a populi oriẽtales arte ſagitãdi pitiſſimi ſũt: & præcipue parthi q̃ iterfugiẽdũ ſagittis utũt Nulla uacet tibi .i. nullũ ſit tibi ociu3. Vel ꝑdere nomẽ. nunc quaſi tacitæ q̃ſtioni reſpõdet: q̃a occurrebat hoc tu bellũ optas: ut bella ciuilia deſinãt: at iuppiter ita ſtatuit: ut impiũ Ro. peat: reſpõdet ſi dii ita inq̃t uoluere: ut Ro. peat impiũ poti⁹ nos ful-

UVA. BHSC. IyR_055

minibus occidant:q̃ nos mutius uulneribus pereamus. Heſpe rium. italicum ut Romanum nomẽ penitus tollat. Collapſus ignes. nam æther cæleſtis ignis eſt.αιθηρ αιθω.ardẽdo:qa ele mentum illud ſemper ardet. Sæue parens. Et anteq̃ nocentes fiant fulmine inquit omnes perde.ac ſi.d.ſatius eſt nobiſ perire innocentibus q̃ noſtro ipſi ſanguine maculati uideamur meru iſſe. Sæue. uel magne uel crudelis. Feri. percute. Dũ nõdũ ideſt dum adhuc ſunt innocentes & ſanguinem nũdũ inuicem fudere. Tanto ne nouorum. nũquid hoc inquit permittendu3 fuit o ſuperi ut duces tãto ſcelere quærerent uter eor̃ imparet. Eſt autẽ argumentum ualidiſſimũ:nã hoc dicit ꝙ romani bellũ ciuile gerant:ut uel Cæſar uel Pompeius imperet eſt iniquum & nefarium:at uero ſi bellum gereretur pro libertate ut neuter eorum imparet:æquum eſſ&:ſed tamen nec pro libertate qde3 tantũ bello fieri deberet:q̃to minus pro ſeruitute lic&. Tãti. ſcilicet precii hoc pro libertate. Prouentu ſceleru3. ideſt acceſ ſione ſcelerum. Vix tãti. ideſt uix cauſa erat ut bella iſta tãto momẽto concitentur:ad hoc ut neuter imperet:ſed libertas ſer uaretur. Vter. ſcilicet Cæſar an Pompeiuſ. Tales peritura pie tas. quia paulo poſt:pietatem belli habent nullam:cu3 poſtea partes ſequentur omiſſa pietate bellum ſumma libidine gerent ergo pietas peribit. At miſeros. ſcilicet ſeniores dolebant ꝙ tã diu uiuerent ut cogerentur ſecũdũ bellum ciuile uidere:nã pri mum uiderant inter Syllam & Marium. Sua'cura. ꝓpria cura. Fata uiuatia. ideſt uitam ſuam nimium diuturnam. Grauis ſe nectæ. qũæ ipſis grauior eſſe cœperat. Seruatoſq3 iterum. ita etiam euander conqueritur ſe diu nimium uixiſſe:& cõpatione ſua uxorem fœlicem dicebat:quæ mortem Pallantis filii ſui nõ uiderat. Iterum ſecũdo. Atq3 aliquis magno. habita eſt cõmi ſeratio uirorum ſimul & mulierum: qui de fortuna ſua conque rebantur:& priusq̃ ciuilia bella cõmitterentur optabãt fulmine iouis occidi anteq̃ nocentes fierent:nunc'per compationẽ oſtẽ dit ipſos cæteris miſeriores eſſe:nam & ſi præterito tp̃re bellu3

d ꝙ

UVA. BHSC. IyR_055

gerebatur a Mario & Sylla:tamen ſi bellum illud cum iſto com pararetur:multo illud hoc inferius eſſe uidebitur:quo tempore inquit Marius exul urbe pulſus in minturnenſibus paludibus latuit eadem mala probantur quæ nunc nobis imminent. Aliquis. ſcilic& ex Romanis. Exempla quærens. ideſt cogitans: nunquid a natura tale aliquid populus Romanus meminiſſet. Alios motus. q̃ tẽpore noſtro. Cum poſt teutonicos. Marius poſt debellatum Iugurtham cum rediiſſet Romam:& triũphus uniuerſi ſenatus decreto ſibi concederetur: fama ſubito ſuperuenit inſtare Cymbros Gallos Senones Teutones: quos rumor ita uulgauerat deſeruiſſe regiones ſuoſ eo animo cum liberis & uxoribus ut Italiam occuparent:& pulſis romanis ipſi imperiũ tenerent. Et quemadmodum eſt apud Plutarchum decem milia fuere:& unaquæq3 milia decem milia hominum tenẽt. Marius cum maxima lætitia ſuſceptus eſt:non tantum propter uictoriam ex Numidia partam:quantum q̃ in tempore ueniſſe uidebatur:ut tãto malo ſolus reſiſteret:neq3 alius eſſe uidebatur idoneus:qui hoc tantum bellum ſuſciperet. Ille ergo continuo factus eſt conſul:& quod raro cõtigit iuſſus eſt conſulatum cõtinuare:duxit igitur exercitum aduerſus hoſtes: primo quide3 eos uicit haud procul abatheſi flumine:deinde alter conſul Catullus cum oppoſitus eſſ& Cymbris:na3 ipſe Teutones uicerat in loca tutiora ſe recepit: ueritus non poſſe uim tantam hoſtiũ ſuſtinuere:& cum uictor Marius lætitiam cum uniuerſo exercitu ageret:rumor uenit Catullum cum ſuis ab hoſtibuſ fuſum eſſe:tunc perturbata non nihil eſt lætitia Marii & militũ ſuoru3 ſed tamen ſumpto animo ſe cum exercitu ad Catullum recepit quem inuenit ſe in locis tutioribus tueri:nullam tamen cladem ab hoſtibus recepiſſe. Collectis igitur exercitibus aduerſus hoſtes pugnandi occaſionem expectant. Hic cum ſæpe equitum caſtris hoſtes per ludibria inſultarent: ut cogerent Romanos e uallo exire:& Romanam illam fortitudinem oſtendere. Marius

UVA. BHSC. IyR_055

se continebat. Tandem legati missi sunt a Cymbris qui peterẽt a Mario & populo Romano sibi terræ tantum daretur ut urbes condere possent:& in Italia habitare:cui legatiõi Marius respõdit ita:Vos terrã tantũmodo petitis uobis: at uero sociis uestris nunquid non prouisum esse uultis? Nobis inquiunt tantũmodo:tunc cæteri quidem risum tenere non potuerunt. Cum hoc audisset Marius: recte inquit facitis q̃ sociis uestris terram nõ petitis:nam terram habent nunquam amisuri. Tunc legati intellexerunt quid marius diceret:& illi quasi non crederent: minati sunt multis contumeliis marium pœnas daturum: & ne unquam marium mentiri existimarent: testimonium rei facere uoluit:iussit enim Reges teutonicos ad se duci:quos in uincula captiuos habebat: quos cum cathenis uinctos uidissent: tunc in maximos eiulatus conuersi sunt: & se ad pugnam crudeliter apparebant: ut appareret nunquam descendisse in bellum & arma uenturos.marius censuit differendum: donec intercepta occasione temporis pugnarent: & similiter uicti sunt Cymbri omnes:mulieres autem ne in potestatem hostium uenirent:aliæ uiros uulneratos occiderunt: aliæ parentes: aliæ filios: deinde se cruribus suspenderunt: aliæ autem se pedibus equorum laqueis nectebant: & ipsos equos ad cursum incitabant: quo facto ad unum omnes consumptæ sunt mulieres: sed tamen in potestate hostium sex milia uenerunt. Post hanc uictoriam spetiosum triumphum de hostibus egit Et alter Catullus collega marii cum exultatione triumphauit. Postquam aliquot annos marius cum pacem pati non posset: consul egit ut sibi prouintia mitridatis demandaretur quam ante consul alter Sylla sortitus fuerat. Et cum Sulpitius Tribunus plebis legem tulisset de prouintia demandanda mario exorta est contentio in foro. Et Quintus Pompeius alter consul collega Syllæ maxima ui resistebat: ne illa lex cõsumaretur:quod diceret prouintiã datã esse Syllæ:

UVA. BHSC. IyR_055

